

10 Rom

Arck. B. 16

unser

[Gründung, v. H.]

K

P. III. 35.

M2

MEDITATIONVM
AD
INSTRVMENTVM
PACIS
CÆSAREO-SVECICVM
*SPECIMEN DECIMVM
ET VLTIMVM.*
**CVM INDICE LOCVPLETISSIMO
IN TOTVM OPVS.
ANNO MDCCXII.**



MEDITATIONUM
INSTRUMENTA
PACIS
CESARIBUS SAEVICAM
SCHEMAM DECIMAM
ET VADIMAM
CVM INDICE LOCARTEISSIMO
IN TOTAM OPUS.
VNUO MDCCXL



LECTORI BENEVOLO S.

Proposueramus nobis olim quidem constitutionem illam de exsequenda pace Westphalica vulgo Recessum executionis Norimbergensem adpellatam, coronidis loco huic operi adjicere, una cum explicatione brevissima, eorum, quæ ad sensum ejus magis adsequendum conducere viderentur; atque publice orbi erudito id promisimus, in fine specimenis ultimi haud ita pridem euulgati. Ast fuerunt postea perplures caussæ, eæque magni ponderis quæ propositum hoc nostrum mutare suaderent. Interim quum hoc modo omnino metuendum esset, ne emptores cum offensione quadam, solum qui restabat indicem, loco promissi reciperent; id consilii cœpimus, substituere singularia quædam, similis argumenti scripta. Nulli dubitantes, quin gratum acceptumque id cuicunque sit futurum, in primis quum multa egregia in iisdem reperiantur, pertinentia ad explicandum sensum Articuli V. Instrumenti Pacis Westphalicae, (quem præcipum & inter reliquos pacis articulos maximis scrupulis refertum, facile is cognoscet, qui secum perpendit, quot quantaque dissidia hodienum inter utriusque, quæ in Rom. Germ. Imp. tolerantur; religionis addictos existant,) & quod accedit, illi quos exhibemus Tractatus, jam dudum rarioribus fuerint adnumerati, ut exiguo nunc pretio quis ea comparare

Præfatio.

re possit quæ olim magnis sumptibus multoque labore vix ac ne
vix quidem fuerant consequendi. Hac itaque spe freti fore ut
dapes hæ nostræ cuiuslibet palato sint arrisuri, nil superest quam
ut speciatim nunc indicemus singulos qui hoc volumine conti-
nentur Tractatus. Primum quod adparet scriptum, est disputa-
tio inauguralis Joannis Hieron. Felicis Cranzii Hanoici, de eo quod
circa redditus bonorum ecclesiasticorum ex alieno territorio de-
bitos in Imperio inter status hodie juris est. Excipit hanc dis-
sertationem **Kurze jedoch gründliche Information in Sachen**
Frankfurt contra Hanau die in dem Gräfl. Hanauischen
Territorio gelegene so genannte Weissen-Frauen-Closter Gü-
ther/Renthen/ und Gefälle betreffend. Utrumque scriptum
Hanoviensem jus tuerat contra prætentiones Francofurtensis
Reip. sequitur inde Disquisitio juris publici de bonis ecclesiasti-
cis eorumque ex alieno territorio debitis, redditibus, inter prote-
stantes Imperii Status controversis. Et paulo post: In jure &
facto **wohlgegründete Gegen-Information in Sachen Fran-**
kfurt contra Hanau/ die in dem Gräfl. Hanauischen Territo-
riio gelegene / zu dem Weissen-Frauen-Closter gehörige Gü-
ther/Renthen/ und Gefälle betreffend/ quorum duorum Tra-
ctatum auctores sunt Viri plurimi scriptis clarissimi Jo. Wil-
helm & Joan. Christ. ITTERI qui jussu & auctoritate Senatus,
scriptis Hanoviensem supra enumeratis strenue se opposuerunt
ad eorumque exceptions docte responderunt. Præterea con-
sultum duximus JCti eximii Jo. Schilteri eruditissimam disserta-
tionem de termino a quo restitutionis bonorum ecclesiasticorum
addere, quum multum lucis eadem præbeat Articulo V. Instr. Pa-
cis Westphal. Atque tandem indicem universi operis magna cum
cura confectum, adjecimus, ne quidquam hic in lucem
prodiret quod non valde placeret.

Vale.

Q. S. S. T. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE EO

QUOD, CIRCA REDI-
TUS BONORUM ECCLESIASTI-
CORUM EX ALIENO TERRITORIO DEBI-
TOS, IN IMPERIO INTER STATUS HODIE
JURIS EST.

Præside Summo

ex decreto & autoritate

Magnifici, Amplissimi, atque Consultissimi JurisCensulorum
Ordinis, in Inlyta hac Argentoratensis Universitate

Pro

Summis in Utroque Jure honoribus ac Privilegiis Doctoralibus
rite obtainendis,

Solenni Eruditorum Examini exhibita

a

JOH. HIERONYMO FELICE CRANZ, Hanoico,
d. i. Martii A. O. R. M. DCLXXXV.

Illustrissimo & Celsissimo Comiti ac Domino,
Domino Friderico Casimiro, Comiti in Hanau, Rei-
neck & Zweybrucken, Dynastæ in Munzenberg, Liechtenberg
& Ochsenstein, Episcopatus Argentinensis Supremo Mareschallo & Ad-
vocato Hereditario.

Hujusque ex Fratre b. m. Nepoti nunc Filio feliciter Arrogato
Illustrissimo & Celsissimo Comiti ac Domino,

Domino Philippo Reinhardo, Comiti in Hanau, Rei-
neck & Zweybrucken, Dynastæ in Munzenberg, Liechtenberg
& Ochsenstein Episcopatus Argentinensis Supremo Mareschallo & Ad-
vocato Hereditario.

Dominis meis Clementissimis.

U (9.)

Illustrif.

*Illustriſſimi & celſiſſimi Comites,
Domini Clementiſſimi.*

Non ſine hæſitatione hocce quale quale inaugu-
ralis Diſſertationis meæ ſe ſtitit Specimen: &
certe Illuſtriſſimum Veſtrum Conſpectum ta-
li ſubire ſchediasmate nunquam fuſtinuiſſem,
niſi humiliimas illas gratias, quæ mihi pro innu-
meris haſtenus in me clementiſſime collatis
beneficiis referendæ incumbunt, reticere: aut hoc tem-
po-
re, quo Deo annuente, Vosmet præprimis ipſi, Omnesque
ſimul Veſtri Serenissimi & Illuſtriſſimi reſpective Agnati &
Affines, ob Arrogationem ſolenniſſimam, qua mediante, Il-
luſtriſſime Friderice Caſmire, Domine Clementiſſime! ex
Patruo & Orbo, feliciſſimus Pater; Tu vero æque Illuſtriſſime
Philippe Reinharde, Domine Clementiſſime! ex Agna-
to, exoptatiſſimus Filius, paucas ante dies facti eſtiſ: in gau-
dia ſoluti maxima, cuncti que Veſtri omnium Ordinum Sub-
diſi ſumma animi lætitia Niceteria celebrant, ſolum me hic
delitescere & publico gratantium cœtui ſubtrahere vocem,
piaculum duxiſſem. Si enim Illuſtriſſimi hujus Patruj nunc
Patris, ſummam felicitatem unquam, profeſto nunc, devo-
ta animi lætitia adorare licebit, dum illi, quod haſtenus nulli
Germaniæ Principi, contigit, Filium videlicet, non a natura
accipere, cujus iuſtria Summi etiam Parentes deformibus &
haud Virtuofis ſaſe contenti eſſe debent liberis; ſed tanto
Juris effectu Ipſe eligere, & quidem non extraneum, aut cu-
jus Virtuutes ſatis nondum probatæ eſſent; ſed proximum
Agnatum, in quo Naturæ & Genitalis Præſtantia & incom-
parabilis multorum annorum cultus mire conſpirant: Qui,
quæ-

quæcumque laudamus in Gallis, probamus in Anglis, celebremus in Italis, aliisque, quos magna sua lustravit gloria, populis, adeo sibi familiaria reddidit, ut ni res in oculis esset omnium, indulgerem calamo & in laudes ejus, pio ausu, excurrerem: sed & ipsa magnitudo Virtutum Ejus, me imparem Praeconem prolixum esse vetat, nilque nisi hoc mihi permittit, ut, quod Plinius secundus de se ipso lib 10. Epist. 2. ait; summa ratione de Te Illustrissimo Arrogatore dicam, maluisti hoc tempore Pater fieri, ut sis & securus & felix. Estote itaque Ambo in Patrio hoc amore, & filiali hac pieitate & securi & felices! largiatur Vobis Divina Majestas felicissimam & diuturnam lucis hujus usuram, & Tuos quidem, Illustrissime Arrogator! in Nestoris una cum felicissimo Regimine proroget Annos; Tuam vero non minus, Illustrissime Arrogate! vegetam ætatem, prospero ac Salutari omnium Rerum Successu, atque sic Majorum Tuorum maxima felicitate ita beerit, ut Celsissimi hujus Stemmatis finis, non nisi cum mundi fine sit. Vos vero Utrosque mihi, quod hisce humiliter precor, licet tenui & invalido, fido tamen & devoto servo, innata & tanta Clementia propitios esse finiat, quanta devotissima mentis Sinceritatis fidem, obsequium, studia & servitia submississime præstare, atque sic omnibus corporis & animæ viribus, quoad per vitam potero, esse gestio

Vestrarum Illustrissimarum Celsitudinum

Subiectissimus & devotissimus servus

J. H. F. Cranz.

U 2

PRÆ-

P R A E F A T I O.

Que de Danæ, filia Regia omnium formosissima, antiquitas fabulata est: quoque a Poëtis imprimis: Horatio 3. Od. 16. relata sunt, quod eam, ne a quopiam vitiaretur, parentes ipsius æræ turri incluserit, an que custodiverit; tandem tamen, converso in pretium Deo, sive auro largiter in gremium ipsum fluente, corruptam fuisse. Hæc nonnulli, haud inconcinne, Christi in his terris Ecclesiæ hædenus applicant, quatenus hæc quoque postquam nimio auro, sive nimiis divitiis fuerit impleta, iisdem non tam exstructa quam destructa & inquinata sit. Etenim si historiæ Ecclesiastice evolvamus volumina, evidenter appareret, quod Ecclesia Christi, in omnibus retro seculis, nunquam experita sit fata magis periculosa & exitiosa, plusque ut sic dicam, amuræ conceperit, quam ex quo illa Imperatorum, Regum, Principum, & aliorum Piorum Christianorum aureis irrorata & pluvias, incredibilique liberalitate, immensis ditata est divitias, uti hoc eleganter deducit & demonstrat Dn. Busch. de Nat. & Jur. bon. Eccles. p. 45. & seqq. Nos horum ideo hic mentionem facere volumus, non quod Asbeorum circa res divinas, imprimis Ecclesiam, hujusque bona, vaferima ludibria, maxime circa personas Ecclesiasticas, quasi he gratis serviant: cum Religio & qui ei deserviunt, satis Deum habeant Altorem: Aut quid Amm. Marcellini. l. 22. & seqq. de Juliano Imperatore, Veri Dei irrisore & vere religionis hoste, refert, eum auferendo Christianis bona & vita subfida, illis illufisse, ac si optime de illis mereatur in extremam paupertatem eos deducendo: quod secundum Christianorum doctrinam regnum calorum sit pauperum, ullo modo probari possit, sed ut potius firmiter afferamus, omnia jura divina & humana tam sufficiationem Ministrorum Dei 1. Cor. IX. v. 13. 14. precipere, quam dignitatis hujus Ordinis conservationem, ne scilicet paupertatem vilescat aut indigne habeantur, quos Apostolus legatos Christi ac Mysteriorum Dispensatores a cunctis vult agnosco 1. Cor. IV. v. 1. adeo, ut cuiilibet summo in Republica Magistratus rerum Ecclesiasticarum cura tanta sit sollicitudine commissa, ut ipsis de ipsis

de iis pro Ecclesiæ & Reipublice utilitate & necessitate disponere
incubar Esa. 49. 23. ubi nutritores appellantur Ecclesiæ l. 43. c. de
Episc. & Cler. l. 22. C. de Sacrof. Eccl. l. 1. §. 1. de Just. & Jur. Knipf.
de Civ. Imp. lib. 2. c. 3. n. 208. idque, si Germaniam nostram respi-
ciamus Imperatores & poſcea hos cum Imperio iſo munere anti-
quis & illis temporibus quibus Clerici immobilia primo cœperunt
poſſidere, laudabiliter fundos eſe videmus apud Lehman. Chron.
Spir. lib. 2. c. 36. Ex recentioribus unum erit luculentum documen-
tum, Inſtrument. Sc. Pacis Cæſareo Suecici Art. V. §. 9. & 15. ex quo
thema hoc, quod inauguraſis diſertationis loco, poſquam ejus con-
ſribendi facultaſ, ſuperatis nuper Examiniſbus Doctoraliſbus, a
Magnifico Univerſitatis Argentoratensis Collegio Juridico confeſſa
faerit, elegi maximam partem decidendum erit; non equidem ac ſi
auderem aut Judicium, aut Interpretationem, multo minus impu-
gnationem didi Inſtr. Pac. contra prohiſtioneſ Art. V. §. 36. fuſci-
pere; ſed ut faltem rationes, quæ circa banc materiam moveri
poſſent, inductus exemplo tam multorum haſtenus in hiſ rebus edi-
torum Tractatum, quam Academicarum in magna copia conſcri-
ptiarum diſertationum, Eruditorum examini ulteriori expoſerem:
quod ut feliciter cedat, enixi a divina maieſtate contendo precibus.

CAP. I.

Examen Nominum in frontispicio po-
ſitorum continens.

§. I.

Inſtituti quanquam mei ratio non patiatur, ut diu in Examine
haſream verborum: quia tamen eorum conſideratio, unani-
mi haſtenus Jure Confultorum conſenſu ad accuratius cognoscendam materiam tractandam, neceſſaria viſa eſt, ideo nonnulla,
in quantum ea ad dictum collimabunt ſcopum premissurus ſum.

§. II. Reditus a redeundo, quia ſingulis annis redire ſolent,
dicuntur: & proprie denotant eos, qui ex locatione redigun-
tur: in improprio & vulgari magisque recepto significatu pro-
ventus

ventus omnes significant, sive ex jure in re, sive ex jure ad rem fluant. Vid. Cujac. ad tit. de Usufr. *Barbos. de appellat. verb. Sign.* n. 231. Sic Spartanus in Adriano ait: „Laborabat præterea ut condita militaria diligenter agnosceret, reditus quoque Provinciales diligenter explorans, ut si alicubi quicquam deesset, „expleret. D. D. du Fresne in Glossar. tom. 3, lit. R. Ejus Synonymum *introitus* esse vult Barbos. d. l. voce *Introitus*, quod tamen ab aliis in dubium vocatur.

§. III. *Bona Ecclesiastica* significant hic omnia & singula bona, quæ vel ad sustentandum Clerum & Ministros Ecclesie, vel pauperes, aliosque miserabiles alendos: item quæ ad ædificiorum sacrorum conservationem aliosque usus quoscunque pios destinata & dedicata sunt: & quia proprietas eorum Ecclesie est l. 14. C. de Sacros. Eccles. merito ejusdem dicuntur bona, salva tamen semper superioritate, vi Juris Territorialis competente, vid. *Busch. de nat. & jur. bon. Eccles.* p. 16. & p. 247.

§. IV. *Territorium* quasi Tauritorium, id est, tritum Bobus, dici vult du Fresne in Gloss. lit. T. alii a terere, alii a terrere, quod Magistratus cujusque loci intra fines Territorii sui terrendi vel submovendi jus habeat, derivant. Est alias media etatis vocabulum & reperitur in l. un. C. Theod. de Frenarchis. ibi *Civitatum Territoria*: Hinc in hoc significatu definiri solet, quod sit Universitas agrorum intra fines cujusvis Civitatis. Adde Martini Lexic. voce *Territorium*. Nobis hoc loco significat omnium & singulorum Statuum Imperii, Electorum, Principum, Comitum & Urbium respeictive Regiones, Provincias, Districtus, Terras & Ditiones, quatenus nimurum cujusvis se extendit Jurisdic^{tio} Territorialis. De Nobilibus Immediatis agetur in §. VI.

§. V. Vox *Imperium*, ab Imperando, unde & Imperatores dicti, descendit: Estque hoc vocabulum primum per Excellen-tiam Romano Imperio: coque post ad Germanos translato, Romano-Germanico tributum, & haec tenus ei soli competiit, quicquid etiam *Blondellus* in contrarium differat, vid. Boecler. in *Dissert. de S. R. Imperio*, Notitiae Imperii annexa.

§. VI. Quod vocabulum *Status* concernit, non equidem eius

ejus Etymologiam, aut varias acceptiones altius repetiturus sum:
 consuli potest *Limin. f. P. lib. I. c. 10.* aliique: Sufficiat nobis mo-
 nuisse, quod neque cum Philosophis pro conditione, secundum
 Cicer. quis Status rerum? qua conditio temporis? aut cum JC-
 tis ad tit. ff. de Stat. homin. pro ea conditione, qua aliquem So-
 cium facit alicujus societatis & juris, neque in eo lato sensu, quo
 etiam Mediatis seu Provincialibus Statibus tribui solet; sed in
 sublimi illo & strictiori significatu id accipiamus, quo denotat
Membrum Sacri Romani Imperii, quod jus sessionis ac suffragii
certum in Comitiis habet. Mire hic equidem Doctores in defi-
 nitione Status variant, & inter alia nonnulli cum DD. Mylero ab
 Ehrenbach. de Princ. & Stat. Imp. p. i. c. 10. n. 1. Relationem in ma-
 triculam requirunt; ast, cum tales in ea notentur defectus, ut
 de ejus innovatione saepissime & adhuc in Comitiis tractetur, vid.
art. 8. §. 3. Inst. Pac. Dn. Mauritius de Matric. Wehner, obs. voce *Ma-*
tricul. merito nobis cum Authore der Grundfest des Heil. Röm.
 Reichs p. 1. c. 5. in fine: Folget demnach hieraus, daß weder die blos-
 se Beschreibung noch auch die Escheinung bey denenselben / sondern
 einig und allein die hergebrachte Vertretung einer gewissen Stell und
 Ablegung des freyen Suffragii bey denen Reichs-Berathschlagungen ei-
 nen Reichs-Stand machen könne: Sufficiat Jus Sessionis ac Suffra-
 gii: add. Dn. Straub. *Inst. f. P. lib. I. tit. 13. n. 3.* Quod Nobiles Im-
 perii Immediatos attinet, quamquam illi neque olim Status Im-
 perii, stricte sic dicti, fuerint, ostendente id inter alios *Limm. in*
add. ad I. 6. c. 3. contra Hyppolytum a Treisbach, in dem unvor-
 greiflichen Bedenken von eßlichen Fragen der Freyen Reichs Ritter-
 schafft Stand und Session betreffend / multo minus hodie sint, cum
 non tantum definitio status, ipsis minime competit; sed & le-
 ges Imperii publicæ illos expresse a Statibus distinguant: Evolu-
 tur ex pluribus locis §. 15. Cap. Leopold. Wir sollen und wollen
 die Churfürsten / Fürsten / Prälaten / Grafen und andere Stände
 des Reichs/ ingleichen die ohnmittelbare Reichs-Ritterschafft. §. 8. verb.
 Churfürsten und Stände des Reichs samt der unmittelbaren Reichs-
 Ritterschafft: item nota in *Inst. Pac. Cæf. Suec.* art. 3. & art. 5. §. 2.
 non obstante art. 4. §. 17. ejud. vid. *Nolden. de Nobilib. Dn. Mau-*
rit.

*rit, de Nob. vigore tamen Pacis Religiosæ de An. 1555. §. 13. und in
solch Frieden & Instrum. Pac. Art. 5. §. 28. Omnia Jura Statuum circa
Sacra & quæ inde dependent, ad eos, tanquam Nobile Imperii
membrum, specialiter extensa sunt.*

CAP. II.

**Id quod in Imperio inter diversæ Religionis Status
Juris est circa Reditus Bonorum Ecclesiasticorum
ex alieno Territorio debitos, tractans.**

§. I.

TRes diversas in Sacro R. Imperio Religiones, Catholicam vi-
delicet, Evangelicam & Reformatam hodie tolerari, vel ho-
spiti in Jure Publico ex Inst. Pac. Cæf. Suec. notum erit: quan-
quam enim, quod postremam attinet, in priori & praesenti Secu-
lo, ante compostam pacem Monasterio Osnabrugense, diu &
acriter controversum fuerit, utrum comprehendenderetur in Pace
Religiosa? multis id simpliciter negantibus (vid. Linn. F. pub.
lib. 1. c. 13. n. 32. & seqq. Petrus Syring, olim per anagramma Justus
Springer de Pace Relig. §. 21. lib. b.) aliis ita distinguentibus: pas-
sive equidem eam eatenus receptam esse, ne inquietaretur, sed
toleraretur; non vero active, ut subditis Confessio ea obrudi-
possit, Gylm. Simphor. tom. 1. p. 1. t. 3. fol. 188. Knipfsbild de civ.
Imp. lib. 2. c. 3. n. 167. add. Lehmanni act. Relig. lib. 3. Dubium ta-
men istud ope præprimis Electoris Brandenburgici per dicti Inst.
Pac. art. 7. ita sublatum est, ut pax quoque religiosa expresse ad
Reformatos addictos Religioni extensa sit; Quicquid itaque Ju-
ris aut beneficii, tum Pax Religionis, tum Imperii Constitutiones
aliae, dictis Catholicis vel Pontificiis & Protestantibus, qui vulgo
vocantur, tribuunt, id jam citra omnem controversiam etiam Re-
formatæ addictis Religioni competit, adeo, ut in laudato Instru-
mento Pacis, sub nomine Evangelicorum laxius sumto & hi ve-
niant, imo juxta Hornium in Orb. Pol. sub Rubr. de S. R. Imp. axiom.
17. §. 2. inter Protestantes & Reformatos nullum jam politicum
superfit

superit discriumen, idque ex voto Beati nostri Lutheri in libello
dass die Wort re. noch fest stehen: Weltlich wollen wir mit euch (Zwin-
gianis & Calvinianis) eins seyn/ das ist zeitlichen und leiblichen Frieden halten/ add. *Spring. cit. loc.* Quod eo probius hic in antecelsum monendum & observandum duxi, quoniam in Nostra præcipue materia dum Pontificii æque ab ita dictis Lutheranis ac a Reformatis, bona Ecclesiæ Catholice olim debita; nunc autem ab his promiscue occupata, repetere volvere, non commode in respectu ad Catholicos separari, sed eorum controversiae melius in capite sequenti una tractari possunt.

§. II. Erit itaq; nobis principaliter in hoc capite agendum de controversiis, inter Protestantes & Catholicos & vice versa, in hac materia intercedentibus. Constat autem in superiori Seculo, postquam bonorum Ecclesiasticorum Possessio a tempore institute Reformationis varie translata, ejusque occasione infinitæ in Imperio orte fuerint lites, a Carolo V. ejusque Fratre jam dum in multis Imperii conventibus, præcipue autem per transactionem Passavensem Anno 1552. & infœcutam Pacem Religiosam Anno 1555. eorum plenariam compositionem tentatam esse, ast eventu a scopo longe diverso: cum enim Protestantes summum suum Regale, jus nimirum reformandi & quod inde dependet, in suis Territoriorum vigore superioritatis territorialis sibi competens, per hanc Pacificationem non esse sublatum sed confirmatum, idque eo magis contendenter, quia Carolus V. in Declaratione sua An. 1541. expressissimis verbis id ipsis concederit: Zum andern/ in dem Articul. da der Abschied redet/ dass die Klöster und Stifft unzerbrochen und unabgethan bleiben sollen/ doch umgegeben einer jeden Obrigkeit hinder denen sie gelegen/ dieselbe zur Christlicher Reformation anzuhalten. Vid. *Lehmann. Acta integra Relig. Hortleder von Ursachen des Deutschen Kriegs.* Quibus addatur *Burgol. ad Inst. Pac. p. 2. disc. 13.* Catholici contra hanc Protestantium hypothesisin nihil non moverunt, uti istud videri potest in Dillingensium Doctorum tractatu de *Compos. Pac. cap. 8.* per totum, & præcipue questione 58. ubi Carolinam declarationem oppugnandam sumferunt: quibus ab altera parte sapientissime responsum est, quemadmodum ex

Voluminibus *Lundorp Theat. Europ. Lehmann. Act. Relig.* & omnibus Commentatoribus ad Pacem Religiosam, præcipue Cranio & Syringio apparet. Hæc aliaeque controversæ circa Religionis Pacem motæ, postea non tam atramento, agitari cœperunt, uti ait Burgoldensis, quam armamento, secuta sunt varia foedera, Unionis & Liga nomine a Statibus inita, & denique Bellum Bohemicum: Sub cuius initio, cum omnia, præter plurimorum spem, Cæsari ex voto feliciter cederent, conatus hic est, promulgato anno hujus seculi 29. edito, controversias omnes in favorem Catholicorum determinare. An autem importunis suorum flagitationibus vietus? quod quidam volunt, vid. *Mylerus de Princ. & Stat. Imp. c. 81. n. 14.* an vero secundum *Severinum de Monzambano c. 5. §. 12. de Stat. Imp. Germ.* Isto arcano consilio adhuc commotus fuerit, ut sibi conciliaret Sacerdotes reliquosque Catholicos & iisdem persuaderet, quæ moliretur, in gratiam Religionis suscipi, non ad opprimenda Ordinum jura: quod si hisce auxiliantibus, aut saltem non reluctantibus, Protestantes subegisset, in proclivi deinceps esset, reliqua etiam ad nutus suos compone? nostrum non est judicare. Huicce Edicto se Protestantes omnibus opposuere viribus, illudque neque ratione formæ, neque ratione materiae subsistere posse demonstravere, quorum rationes prolixissime recenset *Limn. tom. 4. add. ad lib. 1. c. 13.* hinc rursus ad arma deuentum, & auxilio, in primis Suecorum, tamdiu pugnatum est, donec utriusque partis attritæ vires pacis, inire consilia jubebant, quæ a Cesare & Electore Saxoniæ post Nordlingenense Prælium primum Pirna tentata; Pragæ vero Anno 1635. conclusa: vi cujus bonorum Ecclesiasticorum restitutio in 40. duntaxat annos suspensa fuit, denique post multorum annorum exitiale bellum, in Conventu totius prope Europæ, Anno 1648. Osnabrugæ Pax feliciter composita, ibique sublatto edito Ferdinandeo & Pace Pragensi, inter alia & nostra quæstio, *quid scil. Juris esse debeat in Imperio circa Reditus bonorum Ecclesiasticorum ex alieno Territorio debitor*, ita decisa est, ut quicunque anno hujus Seculi 24. die 1. Jan. in perceptionis possessione fuerit, is non attentis quibuscumque exceptionibus, donec controversæ Religionis

gionis amicabili compositione universali definitur, possideat, sive deinde hi redditus ante, sive post transactionem Paflaviensem aut Pacem Religiosam occupati, aut non de vel in territorio Aug. Confess. Status sint, unicum tamen solumque sit & maneat fundamentum dictus dies & annus, irritis prorsus exceptionibus, quæ ex introducto alicubi locorum Exercitio Interimisticus, vel anterioribus aut secutis pacis generalibus aut specialibus, transactionibus, litibus motis causis decisis, vel etiam Decretis, Mandatis, Rescriptis, Paritoris, Reverbalibus, litis pendentibus, vel aliis quibuscumque pretextibus vel rationibus delumi possint. *Vid. art. 5. Inst. Pac. Cef. Suec. §. 9. & 15.* adeo ut ornes illæ controversia, quæ olim contra Pacem Religiosam motæ fuerint, & videri possint, in postea damnato Dilligenium Tractatu de Compos. Pac. simul, nulla prorsus excepta, decisa & ita sopite sint, ut frustraneus prorsus jam labor esset, earum hic instituere examen.

§. III. Unicum aliqui dubium videri possit, nimurum quænam hic requiratur possessio, civilis ne? an vero naturalis? Non enim in Romano tantum Jure nostro hæc distinctio sua habet fundamenta, vid. l. 3. §. 3. de acq. poss. Sed & a Dillingensibus in Compos. Pac. c. 8. q. 50. Protestantibus, multis congettis rationibus, opposita, ibique defensum est, quod omnia Monasteria eorumque redditus, quæ in termino illo decretali a Catholicis civiliter; a Protestantibus vero naturaliter tantum possessa fuerint, Catholicis omnia restituenda veniant: Ast sicut huicce objectioni diu gravissimis rationibus satisfactum a Protestantibus est, ita etiam Germania tam tempore transactionis Paflaviensis, quam cum Instrumentum Pacis componebatur, ei conditio fuit, ut nullum aliud medium magnum & exitiale hoc malum tollere valueret, nisi simplex & realis possesso, quod infra in cap. 3. latius ostensurus sum: idque hodie eo minus habet dubii, quo clarioribus verbis sepe memoratum Pac. Instrum. solam & realem in plurimis locis & singulariter in eodem §. 9. requirat, ibi: *Omnia quæque monasteria, fundationes & sodalitia mediata, que die 1. Jan. 1624. Catholici realiter possederunt &c.* quibus verbis omnes Dillingensium nugas una rejectæ sunt.

§. IV. Itud insuper queri potest: quoniam tam ex superiori narratis, quam etiam alias ex actis constat publicis, ea quae in Instrumento Pacis constituta leguntur, principaliter possessionem Anni 1624. diei 1. Jan. eorum confirmare, qui eam occasione belli naeti sunt; an etiam Instrum. Pacis iis Statibus prodest possit, qui horum redditum ex alieno Territorio debitorum, possessionem alio, quoconque titulo consecuti sunt? Nos, cum textus generaliter omnibus restitutionem, sine ulla distinctione promittat, qui modo dicto anno & die in perceptionis fuere possessione, nullum discrimen arg. l. 13. §. 3. de Reb. Cred. l. 9. §. 1. quod met. caus. l. 2. §. 5. de vi bon. rapt. l. aliorumque textuum fingere audemus: & quanquam non negandum, principaliter in Instrumento illo de eorum possessione tractari, quia eam occasione bellicarum turbarum sortiti sunt, non tamen exinde minus principale, a suo principali, sine ratione gravi separandum, aut alio Jure estimandum erit arg. c. 42. de Reg. Jur. in 610. præcipue cum ea transigentium & pacifcentium fuerit mens & scopus primarius, ut omnes & singulæ circa bona Ecclesiastica, inter omnes & singulos Status Imperii, motæ lites terminarentur & deciderentur, quod in prefatione Art. V. testati sunt: quæ autem in præfationibus præmittuntur, ea in sequentibus repetita censentur, per l. 134. §. 1. de verb. oblig. imo ea legis mentem explicant d. l. 134. §. 2. de V.O. l. fin. de hered. Knipsch. de Civ. Imp. lib. 2. c. 3. n. 45. & ibi allegati: Hinc cum in Comitatu Lippiaco Jesuitre Restitutionem bonorum Ecclesiasticorum iis, quibus per possessionem dicti termini 1624. competebant, hoc sub prætextu, argumento eorum quæ habent in Comp. Pac. c. 6. q. 70. denegabant, quia non vi belli, sed per legatum naeti sunt; tamen non attenta ista exceptione, omnia bona restituere jussi sunt, vid. Dn. Rhet. Diff. de Jure Stat. circa Sacra. c. 4. n. 19.

CAP. III.

CAP. III.

De eo quod in Imperio inter status ejusdem Religionis Juris est, circa Reditus Bonorum Ecclesiasticorum ex alieno Territorio debitos.

§. I.

Eiusdem Religionis Status sunt vel Catholicci, vel secundum id, quod supra c. 2. §. i. monui, Protestantes. Illi sub Juriisdictione degunt Ecclesiastica, jureque censentur Canonum, de quibus hoc loco animus agendi mihi non est. De his vero queritur, quidnam inter eos juris esse debeat circa Reditus Bonorum Ecclesiasticorum ex alieno Territorio debitos? Ut autem & in hujus controversiae resolutione feliciter progrediar, usurus sum consilio D. Schütz, quod in fine Manualis fui Pacifici hisce suppeditat verbis: *Bonorum Ecclesiasticorum & sua mortali-tas est, redditusque tanquam Pilæ dudatim de manu in manum pro-pelluntur, in his si Statum 1. Jan. 1624. UNICE præ oculis habue-ris, boud facile aberrabis.* Imo si ad fundamentalem Imperii Sanctionem, Instrumentum Sc. Pacis Cesareo-Suevicum, recurro, sine ullo erroris metu astero, quod is, qui i. die Jan. Anni 1624. in possessione perceptionis talium bonorum & Redituum Ecclesiasticorum fuerit, ea ex alieno quoque Territorio capere possit, cuicunque etiam ex tribus in Imperio permisis religio-nibus addictus sit, qui autem dicto die & Anno ea non posse-de-rit, nec in posterum possidere debeat: idque *Inscr. Pac. Art. V.* §. 9. rotundis plane verbis ita decidit: *Quocunque Monasteria, Collegia, Ballivios, Commendas, Templa, Foundationes, scholas, Hos-pitalia, aliave bona Ecclesiastica mediata, ut & eorum redditus ju-raque quocunque ea nomine appellata fuerint, Auguſtane Confes-sionis Electores, Principes & Status Anno 1624. d. 1. Jan. posse-de-runt, eadem omnia & singula, sive retenta sive restituta, sive vigo-re hujus transactionis restituenda, iidem posse-deant, donec contro-versiae Religionis amicabili parium compositione universalis defini-antur; non attentis exceptionibus, sive ante sive post transactio-*

nem p^{ro}p^{ri}a*ff*icien*se*m, aut p^{ri}acem Religio*sa*m reformata & occupata, aut quod non de vel in Territorio Aug^{ust}iane Conf. Statuum, vel exemplia, vel aliis Statibus jure suffraganeatus, Diaconatus, aliave quavis ratione obligata fuisse dicuntur: Unicum solumq; hujus transactionis, observantieque futurae fundamentum sit diei prima Jan. habita posse*ss*o, irri*ti*s &c. Et ne ullum plane dubium supersit, in §. 15 ejusdem articuli, postquam in versl. *Illi Reditus &c.* definitum erat, quid circa reditus e Catholicorum Provinciis Aug. Conf. Statibus debitos juris esse debeat, in versu sequenti talis decisio legitur. *Reditus etiam, nec non decima^e, Canones & pen*s*iones Aug*ust*. Confessionis Statibus, foundationibus jam destrut*is* & collapsis ex alienis Territoriorum debitis, iis exsolvantur, qui anno 1624. 1. Jan. in possessione perceptionis vel quasi fuerunt.*

§. II. Quanquam autem ex hisce legis Pragmaticæ allegatis Textibus res adeo clara fit, ut rursus non inconcinnne cum Dr. Schüz in Manual. Pacif. q. 10. ibi: *Sciens docti, & novit arator iam in puncto Religionis ejusque exerciti*s*, sive publici, sive privati, quam in Ecclesiasticis & intuitu eorum in politicis mutata sunt, terminum a quo, esse primam Jan. 1624. loqui possim; non tamen desunt contrarium, forte exerciti*s* gratia, afflerentes. Cum autem examen utriusque partis fundamentorum, materiam fatis amplam reddat, ideo eam memoriae sublevandæ ergo, in certas separate Sectiones placuit.*

SECT. I.

Rationes pro negativa proponit.

§. I.

SUmma argumentorum, & primum quidem quod agmen ducit, nimirum hoc supposito: *Quod allegari Instrumenti Pacis Art. V. solummodo a Catholicis ab una & Protestantibus ab altera parte sit compositus, consequenter nihil aliud in eo decidatur, nisi quod juris ha*c*tenus esse debeat & obtineat inter Catholicos & Protestantes; minime autem gentium inter æque Protestantes & Protestantes, utpote cum hi unam quasi sustinuerint personam.*

§. II. Id

§. II. Id quod eo magis, *secundo*, patet, quia integer Art. V. primario de Exercitio Religionis, iisque rebus & bonis Ecclesiasticis disponat, quæ a Catholicis, occasione Edicti Ferdinandi Secundi Imperatoris, Anno 1629. publicati, tempore tricennalis belli, vel mutata, vel occupata sint, illud itaque quod in hoc Art. constitutum reperiatur, non possit extendi ad lites inter Protestantes & Protestantates jam olim ortas: actus enim agentium non operantur, ultra eorum intentionem, *arg. I. 19. de Reb. Cred.* vid. *Everh. a Middelb. loc. 10. n. 3.* & in transactionibus verba generalia, non nisi in litibus, de quibus erat quæstio, propter medium alias inhabile, valent, per *I. 31. c. de transf.*

§. III. Præcipue cum, *tertio*, conventiones tales sint stricti juris, *Glossa in I. sub prætextu*, & ibi *Bart. n. 6. Jason. n. 5. C. de Trans.* nec præsumendum, Protestantates, qui tum temporis conjunctim & non divisiim egere, sibimet ipsis vel sociis suis ejusmodi prejudicium contrahere voluisse: Omne autem alienum a verosimili est falsitatis imago, uti DD. loquuntur. Vid. *I. 8. §. I. c. de queſt.* nec est facile credendum, quod facile fieri non potest, per *c. 17. de preſcript. in fin.* & quemadmodum Verisimilitudo in omni re attendenda est *I. 21. §. fin. ff. de test.* ita maxime in conjecturanda voluntate & mente contrahentium valet. *I. 114. de R. J. c. 81. de R. J. in 6.*

§. IV. Imo *quarto*, posito, licet non concessso, etiam in tali casu, si Protestantates cum Protestantibus invicem de bonis diligent Ecclesiasticis, requiri possesseionem i. Jan. 1624. istud tamen de Monasteriis, integris Collegiis, & Foundationibus; non autem de possessione particularium reddituum intelligendum esset, imo & is, qui dicto tempore in possessione alicuius Collegii vel foundationis fuerit, eo ipso etiam universales & particulares redditus, ad tale Collegium spectantes possedisset: Cum accessorium semper sequatur suum Principale *c. 42. de Reg. J. in 6. I. 19. §. 13. de Aur. & Argent. leg. I. 8. c. de Jur. Dot. Menach. Conf. 58. n. 13. cum seq. Card. Tusch. præd. Conclus. tom. I. lit. A. concl. 76.* etiamsi accessoriū sit dignius Principali. *Tusch. d. I. n. 26. Barbarosa in I. cum Prætor. §. fin. n. 21.* nec etiam ipse Art. V. §. 9. alijs quam Universalibus utitur terminis §. V.

§. V. Etiam, *quino*, admodum durum & injustum esse videatur, statum ejusdem Religionis & Confessionis alteri Constantii & haec tenus facio ea denegare velle bona, quae tamen a Constanti^o suo, olim & nunc ad sacram usum adhibita sunt & adhibere animus est. Quibus accedit, *etiam* quod talia bona & reditus plerumq; a subditis & incolis ejus loci & territorii in quo fundatio est; non autem ejus loci ubi bona sita sunt, Deo, uti loqui amant, eisque Cultui dicata sint: merito autem docentur homines, cum a Majoribus quæsita videre deberent, ad alios transferri. *L. 6. ibi. Sic etenim C. de bon. quæ. lib. 1. fin. C. de Al-*
luv. Menoch. Conf. 222. n. 9.

SECT. II.

Rationes pro Affirmativa exhibet.

§. I.

Ante vero, quam ad hæc pro contraria opinione allata fundamenta respondeam, *primo*, probe notandum esse dico, nullam hic questionem moveri de bonis alicuius Status Catholicæ sive Augustanae Confessionis, aut Reformatæ addicti Religioni propriis; sed de iis tantum, quæ olim in Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, Balliviis &c. Catholicis eorumque ritibus dicata, a Protestantibus autem in quorum territoriis sita erant, post Religionis Reformationem, ad suæ Religionis, Ecclesiarum, Scholarum aliasque non minus pios usus conversa erant: hoc autem ius, ut in ipsam animam, id est, rationem legis inquiram, *secundo* Status Imperii ex Summa, vi Juris Territorialis ipsis circa Sacra competente potestate, sibi vindicarunt, & illud bene fundatis deductionibus, tam tum temporis, cum de Pace Religionis tractabatur, (uti per totum memorabile opus Lehmanni de Act. Publ. Pacis Religionis apparet) quam hoc seculo Osnabrugæ (de quibus videri potest *Lundorp. in Act. publ. cont. tom. 5. in fin. & tom. 6. ab initio*) in hisce terminis acerrime defenderunt, daß die Bestellung und Anordnung des Publici Exercitii Religionis, Kirchen-Ordnungen/ Ceremonien / und was dem ferner anhangig/ immediate von

von dem jure Territoriali dependere so, daß die Jura Kengtomi, und derselben Bestellung dem Domino Territoriali gehöhre; so kan ja niemand verläugnen / daß den Evangelischen Ständen noch diese Stund frey stehe mit denen zur Geistlichkeit gewiedmeten und in ihren Landen gelegenen Güthern/ solche Verfugung zu thun/ wie der Gotseiligen Fundatoren Christliche Intention und Beförderung Gottes Chri/ auch jeden Orts Zustand erfordert/ wie dann die Evangelische solche dispositionen / über dergleichen hinter ihnen gelegenen Güthern jederzeit behalten und gelübt haben. Vid. Burgold. ad Inst. Pac. art. V. §. 9. p. 2. d/s. 13. & Dn. Abasv. Fritschii in adnotam. ad Inst. Pac. §. 12. ubi quæstio hæc pro & contra tractatur, addatur. Knipscb. de Civ. Imp. lib. 2. c. 3. ubi pro Civitatibus hoc late exequitur. Adversus quod assertum Catholici contra omnem movere lapidem, ex iisque præcipue Dillingenses in Compos. Pac. tanta vehementia procellere, præcipue c. 8. q. 62. hanc Acatholicorum, uti loquuntur, hypothesisin, quod Dominus temporalis Jurisdictionem fundatam habeat erga loca quacunque intra suum Territorium existentia, oppugnandam sumfere.

§. II. Dissentientibus hunc in modum Germaniæ Proceribus, bonorum Ecclesiasticorum possessiones interea varie translatæ fuere, usque dum quod tertio loco notandum, magni in Imperio bellici motus, præcipue post Edictum Ferdinandi II. Imper. vi cuius Protestantes omnia hæc bona post transactionem Passavensem ab ipsis occupata, restituere jubebantur, orti sunt, quibus Germania, concurrentibus præcipue exteris etiam per pulis, adeo devastata fuit, ut certissimum nobilissimæ hujus Europæ partis interitus securus fuisset, nisi Deus pro immensa sua misericordia & patentia, præter omnium spei & opinionem, per Instrumentum Pacis, de quo loquimur, subito diu optatam restituisset pacem, de qua re eleganter disserit author der Gründfest des Heil. Röm. Reichs: In der Vorbereitung pag. 7. zu Remeditirung aber dieses grossen Unheils/ und Abwendung des vor Augen schwebenden Untergangs hat doch leichtlich der König aller Könige und Herr aller Herren seine Gnad und Seegen verliehen/ daß durch den zu Öfna- brück getroffenen Friedenschluß beydes in Ecclesiasticis ein gutes Ziel geset-

gestat et sic ad obtinendum autem hunc scopum & ad sedandam Germaniam perturbatam, nullum aliud medium satis adaequatum paciscentes invenire potuerunt, quam, *quarto*, ilud Trasybili, qui ita Athenis Amnissiam fanxit, ut quod quisque haberet, retineret: ad cuius exemplum certum terminum tam in pace religionis, quam in Instrumento Pacis fixere, ex quo circa omnem alium respectum bona, de quibus nobis sermo est, possessoribus adjudicentur. add. *Syring. de Pac. Rel.* §. 38. Id quod supra allegati textus ex *Inst. Pac. Art. V.* ibi: *Unicum solung; hujus transactionis, restitutioonis, obseruantiaeque futura fundementum sit die 1. Jan. 1624. habita possesto.* aliaque loca plurime dicti Art. V. abunde indicant: & istud quidem prudentissimo consilio factum fuisse, exinde eo magis patet, quod si vel fundationes aut alium quemcumque titulum respicere paciscentes voluissent, processus ex processu, lis ex lite & denique bellum ex bello, eoque ipso majora mala nata fuissent.

§. III. Haneque Viam, simplicis nimirum possessionis considerationem ipsi Protestantes, *quinto* elegerunt, de qua re ita disserit author *Anonymous Epistole Forstmerianis annexæ de Pace Osnabrug.* p. 15. ita *Catholici, Protestantes, Cesar, causis diversis, studio pari, pacem omnes cupiebant; sed Protestantes eam petebant, que omnium oblivionem & cunctis securitatem promitteret; Catholici ante restitu bona suis Ecclesiæ & Ecclesiæ Veteri Religioni volebant, Cesar &c.* Una autem Via electa non potest ad aliam recurri l. 21. §. fin. quod met. caus. c. 6. *de Conflit. cap. 21. de Reg. Jur. in cto.* Nec quisquam Protestantium id abnuet, præcipue cum hoc sepius & quidem tempore Transactionis Pasaviensis, uti majora duo Imperii Consilia integra, ita imprimis Civitates Imperii liberæ eleganti voto 29. Jun. Anno 1555. hisce verbis testata sunt: *Und nachdem der Geistlichen Renth/ Zins und Güther halber sich allerley Missverstand getragen mögten/ hielten sie solches nicht fugsamer abzustellen seyn/ als da dermassen Ein- und Fürschung beschreyt/ dass wie dessen ein jeder bey seinem jetzigen Inhaben/ hinfür auch bis zu endlicher Bergleichung ruhiglich gelassen würde.* Videri potest *Lehitman. de Pac. Rel. Act. Publ. lib. I. c. II.* Ubi nota vocatur

cabulum **ein jeder** que distributiva particula ambitu suo omne individuum, imo terminos etiam inhabiles includit, pro uti id Civitatum Scriptor Knipsch. eleganter in simili deducit lib. 2. c. 3. adde Roland. Conf. 30. n. 44. tom. 2. Eodem plane modo Status in Conventu Osnabrugensi in omnibus ferme declarationibus locuti sunt. Conful. Lundorp. act. pub. cont. tom. 6. c. 33. § 18. ibi: bioß soll dahin gesehen werden ob die Evangelische Arno 1618. (quem terminum ab initio desiderabant) quacunque anni parte in württischer Possession sich befunden &c. Cum itaque mens & voluntas contrahentium firmius non, quam ex verbis sumi potest. Bald. in l. sed & reprobari ff. de Excus. tūs. nec voluntas eorum a verbis aliena præsumitur l. 7. §. 1. de supel. leg. Sed in dubio contrahentes voluisse consentur quod verba important l. 125. de V. S. ita omnia hæc, collata cum textu, superflue docent, & ad quæstionem nostram, quid sc. inter Protestantes in Imperio obtineat, circa redditus bonorum Ecclesiasticorum quos ex alterius Protestantis Territorio petunt? Alter nihil respōsionis loco ponī posse, quam universalem illum terminum, diem sc. 1. Jan. An. 1624. & hæc inter Protestantes lites dirimere debere: ratio enim legis nostræ, in hisce thesibus modo deducta, adeo Univerfalitatem est, & ad omnes bonorum Ecclesiasticorum Possefiores se extendit, ut etiam si textus nostro inserte, diei scilicet 1. Jan. 1624. in dubio semper inhæremus l. 5. de probat. l. 1. C. de furt. c. 2. de Conjug. lepros. Menoch. Conf. 38. n. 51. & Conf. 87. n. 29. adeo ut verba Anchor. Conf. 22. ad evidētiā in fin. qui habet Regulam pro se, potest dicere alleganti limitationem, da mibi textum hoc dicentem: nostra facere & a contrarium defendantibus textum exigere possimus, in quo illorum exceptio fundata sit præcipue cum terminum hunc in Camera Imperiali Spirensi hæc tenus univerfaliter sine omni exceptione observatum fuisse, eleganter doceat Blum.

Y 2

in proc.

in proc. Camer. tit. 28. §. 19. singulariter nimirum notandum esse dicit, quod quidem præmemoratum tempus a Pace Religiosa usque ad Annum 1648. circa dijudicationem possessionis bonorum Ecclesiasticorum retentam confirmando; ablatum vero restitutio[n]i mandando, obseruat[u]m fuerit; ast cum post præmemoratam Pacem Religiosam, præsertim durante nupero tricennali bello, illa posses[ione] varie fuisse translata, in Conventu Osnabrugensi complacuit possessionem i. Jan. habitam, unicum solumque futuræ observantiae ac restitutio[n]is in Ecclesiasticis & quæ intuictu eorum in Politicis mutata sunt, fundamentum constitueret, casfatis omnibus in ejusmodi causis latis sententiis, publicatis decretis, institutis Transactionibus, restituzione ad statum dicti anni dieique in omnibus facta. Observantia autem ubique optima est legis interpres *l. 37. ff. de leg. c. 8. de consuet.*

SECT. III.

Responsiones ad rationes pro negativa adductas,
continet.

§. I.

His positis & probatis videbimus porro, quæ sint illa supra pro contraria opinione allata fundamenta: Quæ inter Principale atque primum erat, quod art. V. Inst. Pac. & omnia quæ inibi circa Ecclesiastica constituta leguntur, tantum propter dissidia inter Catholicos & Protestantes orta, esset compositus, adeoque tali modo ratiocinantur: Quicquid inter Protestantes & Catholicos obtinet, nec extendi potest ad lites Protestantium inter se: Atqui hic Art. V. est compositus inter Protestantes & Catholicos tantum: Ergo non obligat Protestantes ipsos. Hoc argumentum sane primo intuitu fatis speciosum videtur, ast propius illud considerantem, latere non potest, omnes ejus propositiones non esse in eo, quo prolate sunt modo veras: Majoris enim suppositam universalitatem ipsum Pacis refutat instrumentum, in eo enim, ut alia silens præterea inter Protestantes & Catholicos conventum est, ne quis alterum propter religionem, aut bona

bona Ecclesiastica, vi & bello aut alio quoconque modo infestet, quemadmodum & istud Religionis quoque Paci erat insertum: an itaque, quia Catholici cum Protestantibus ita convenere, putabit aliquis, permisum esse Protestantibus sibi invicem his ex rationibus bellum inferre? Nec firmiori fundamento nititur altera vel minor Propositio; Non enim simpliciter verum est, Osnabrugae aut in Art. V. tantum inter Protestantes & Catholicos controversias esse sotitas: Sed uti ex aliis multis locis, ita ex punctorum deliberandorum Osnabrugensem otio ibi: *Alle transactiones, inter Catholicos & Evangelicos & inter Evangelicos ipsos, in Politicis & Ecclesiasticis zu annuliren.* Vid. Lund. Act. pub. cont. tom. 5. c. iii. contrarium sat's appetit.

§. II. Quo circa cum, ubi plura requiruntur ad esse rei vel probationem, non sufficiat alterum esse vel probari *arg. l. 7. §. 2. ff.* ex quibus caus. in *Poss. l. 2. §. 6. ff.* *Si quis caut. Bart. ad b. l. Everhard. a Middelburg loc. top. 22. n. 1.* omnium tutissimum est, respicere hic simul ad id, quid & de qua re inter has partes compacientes, quoad nostram preprimis materiam conventum sit: Omnia enim verba secundum subjectam materiam sunt intelligenda. *Vid. c. 6. de Major. & obed.* & sic subito liquefcet, esse tractatum inter eos de bonis Ecclesiasticis omnibus & singulis quae Ecclesia Romano-Catholica sibi restitu optabat: de iisque talem esse legem ex conventione latam, ut omnia iis omnibus & singulis, Electoribus, Principibus & Statibus relinquantur, qui *l. Jan. 1624.* in possessione reali eorum fuerint. Jam subsumimus: Atqui bona ea, que Status Protestantes ex alterius Protestantis Territorio petunt, sunt ea, que Catholica Ecclesia repete vo-luit, ergo iis ea relinquantur quiete, qui dicto die & anno in reali eorum possessione fuerunt. Nec Major nec Minor hujus Argumenti Propositio in dubium vocari potest, acta enim publica eas abunde comprobant, & vel ipsius Textus nostri propositi & decisio universalis omnia includit, per *l. 1. §. 3. de Alear. l. 68 79. de leg. 3. l. 1. §. 1. de leg. pref. l. 13 C. Mandat. l. 1. §. 1. de leg. Praefland.* ubicunque enim significatio sumitur ex Universo, ibi si aliquid falsum est, totam orationem falsam efficit, uti

notanter *Julianus* in l. 1. §. 3. de Reb. *Dub.* loquitur: hinc ne res quidem alias privilegiatae in tali casu eximuntur. Vid. l. 15. §. ult. ff. de *testam.* *Milit.* sub genere quippe comprehenduntur omnes & singulæ ejus Species l. 9. §. 1. quod met. cauf. l. 147. de *Reg. j.* imo qualis qualis nostra textus est oratio, ad omnes excogitabiles extendi potest & debet, nullo penitus excluso, uti hoc eleganter in simili casu & late dedit *Knipsch.* de *Civ. Imp. lib. 2. c. 3. n. 36.* addo *Menoch.* *Conf. 20. n. 17.* & *Doctores* passim, imo a generie ad speciem argumentandi modus etiam in jure nostro est fortissimus arg. l. 32. C. de *Transf.* l. 1. de *Reb. Cred.* l. 1. §. 3. de *Alet.* c. 4. de *Constit.* & quemadmodum *Card. Tuscb.* *lit. f. concl. 89.* n. 49, ait, s̄æpe aliquid bis ponitur, ad vitandam malitiosam & sophisticam interpretationem & ad maiorem expressionem: ita in nostra lege aliquories a Pacificentibus terminus noster inculcatus est, præprimis autem verba illa §. 9. ibi: *Unicum solumque hujus Transactionis, Restitutionis, observantiaque futura fundamentum* &c. sunt taxativa exclusiva sive restrictiva l. fin. C. de leg. quorum natura est, si affirmative ponantur, id, quod assertunt, a deo affirmare, ut omne aliud efficacissime excludant, vid. *Everb.* a *Middelb. loc. comm. III. n. 1. 2. 3. & 7.* ubi hoc eleganter probat. Et quæ, quæſo, effet haec in iustitia, Protestantes uno ore petiſſe terminum talem universalem, ad quem, non habita cujuscunque alterius rei, nisi possessionis ratione, omnia quæcumque circa bona Ecclesiastica obtinere debeant, redigenda sint (uti ex *Lehmanni* & *Lundorpii* supra allegatis locis patet) & tamen illum ipsum terminum inter se se agnoscere nolle? cum summa exigat æquitas, nemoque existere posit, qui aspernetur idem jus sibi dici, quod ipse alius dixit, vel dici effect: Sunt verba Ulpiani in l. 1. ff. quod quisque *Jur. in ali.* Inverti igitur objectio & ita statui debet: quoniam Protestantes ipsi desiderarunt, ut bona haec Ecclesiastica, que Ecclesia Romana repetere voluit, iis simpliciter relinquantur, qui s̄æpe allegato die & anno in possessione fuerunt, ideo viam hanc semel ab ipsis electam amplius ipsis displicere non debere arg. l. 21 §. fin. quod met. cauf. c. 6. de *Constit.* c. 21. de *Reg. J.* in *ato.* ad de l. 11. C. de *Reb. Cred.* præcipue in Contractibus & transactionibus

bus l.5. C. de Obl. & Ad. Brunnum. ad c. 21. de Reg. Jur. in 6to. & quod ipsi in aliis æquum judicarunt, eodem jure & ipsis uti justum esse.

§. III. Quibus accedit, quod etiam si verba textus nostri tanta perspicuitate questionem nostram non decidissent, quanta ea- dem revera dicta est, Interpretatio tamen eorum pro posseſſore illius dicti diei & anni facienda eset, secundum notissimam Juris Regulam in cap. II. de Reg. J. in 6to l.25. de Reg. J. c. ult. de sen- tent. per posſessionem enim in hoc decretali termino habitam, jus Posſeffori præcipue si territorii fuerit Dominus, in bona quæ olim ad Eccleſiam Catholicam pertinuere, queſtitum est, præ illo qui ea dicto tempore non posſedit: Jure enim divino & huma- no melior posſidentis conditio esse debet c. 6. de posſefſ. l.10. de Pi- gnor. l.24. de Rei Vind. etiam in pari cauſa l.4. §.13. de Dol. mal. & met. excep. l.9. §.3. de verb. obl. imo ceu speculat in tit. de em- phyt. n.93. ait. Posſeffor semper plus juris habet in reiinendo, quam acto in agendo. add. c.65. de Reg. J. in 6to. & alias ubique agi- tur de privatione Juris queſtū, ibi semper benignior facienda interpretatio est arg. I. fin. de paſſis. Card. Tusch. pract. concl. tom. 3. lit. F. conc. 12. n.7. Surd. Conf. 175. n.41. Aſt nobis hac vice non opus est, ut in eo refugium, quamvis ceteroquin ſatis ſecurum, queramus: Verba enim textus nostri adeo clara, adeo univer- falia & omnes exceptions maximis cautelis anxie excludentia ſunt, ut eum certe gnaviter audacem, ne quid durius dicam, o- porteat eſſe, qui legi ſimpliciter & universaliter loquente, nec ullatenus diſtinguente, nihilominus diſtinctionem eidem infere- re & aliquam nobis obrrudere veller, contra l.2. §.5. de vi bon. rapt. l.29. §.ult. de Evid. l.64. §.9. Solut. Matri. l.22. de Recept. qui Arbitr. l.2. de Offic. Praſ. Et quia hec, quæ fingitur litium inter Protestantes & Protestantes circa bona Ecclesiastica ortarum diſferentia, ab iis inter Protestantes & Catholicos motis, ſi ulia un- quam fuſit, aut eſſe potuit, Paſſcentibus nequit eſſe incogni- ta, ideo quæ dicta ſunt eo magis in noſtro procedunt cauſa arg. I.1. §.1. intin. ſi mens. falſ. mod. cum ſi placuerit, ut bona haec Ec- clesiæ Catholicæ olim dicata, nunc autem a Protestantibus occu- pata,

pata, alio respectu huic, ex alia autem ratione alteri, relinquuntur, id sine omni difficultate vel unico verbo Instrumento tanta composito cura, inserere potuissent, arg. *l. i. §. ii. in fin. C. de ead. toll. l. 71. §. 5. de acquir. vel am. hær.* Quæ omnino adeo vera sunt, ut quamvis dicta distinctio alias recepta esset, quod tamen nunquam factum est, ea propter legis generalitatem nihilominus hic nullum locum inveniret. Arg. *l. 34. §. ult. de Testam. Mil. Hinc in simili plane casu Status Imperii Protestantes & præcipue Civitates libere, hisce Principiis contra Dillingenses aliosque optime se tutati sunt: quod videre est apud Knipfch. de Civ. Imp. lib. 2. c. 3. n. 106.* cuius non pigrabimur verba opponere: nituntur autem primo regula generali Instrumenti Pacis, cuius virtute ad Statum An. 1624, in omnibus fieri debet reductio plenarie (Instr. Pac. art. 5. §. 2. & observantiam dicti anni instar regulæ obtinere dicit art. 5. §. 12. verbis pacta aut. Inno possessio Cal. Jan. dido anno habita, unicum solumque restitutionis observantiaeque future fundamentum esse debet, irritis prorsus exceptionibus & aliis quibuscumque pretextibus & rationibus Art. 5. §. 9. &c.

§. IV. Quanquam autem haec abunde demonstrent, ea, quæ in Instrum. Pac. Art. V. §. 9. disposita sunt, non tantum controversias quæ Catholicis ac Augustanae Confessioni addictis, vel viceversa moventur, dirimere: sed etiam eas, quæ inter Protestantes & Protestantes oriri possunt: cauti tamen Pacifcentes specialioribus in terminis huicce controversiæ ex abundantia (in hisce rebus nunquam nocenti *l. 17. C. de Testam. Card. Tusch. pr. concl. lit. A. concl. 67* sed potius enixam voluntatem legislatoris per geminatam clausulam indicanti *l. §. 2. ad Scr. Trebell. Bart. ad l. cum scimus. C. de agric. & Cens. Roland. Conf. uo. n. 63. vol. 4.* etiam si ea sit facta in uno instanti *Menoch. conf. 10. n. 1. conf. 22. n. 4. Tusch. tom. 4. concl. 28.*) consulere voluerunt, dum in §. 5. ejusd. art. ita loquuntur: *Illi vero Reditus, Census, Decimæ, Pensiones, que vigore jam dictæ Pacis Religionis Statibus Aug. Conf. ob immediatas vel mediatas fundationes Ecclesiasticas ante vel post Pacem Religiosam acquistas e Catholicorum Provinciis debentur, quorumque in possessione vel quasi percipiendi anno 1624. l. Jan. fuere, absque*

absque nulla exceptione solvantur &c. Quis non videt hęc sufficiere, si saltem controverſia, que inter Catholicos & Protestantes esse poſſint, decidenda fuiffent: quoniam autem ſuprema lex, falſus sc. Publica, jubebat, ut plane nulla lis circa bona Ecclesiastica reliqua maneret: hinc Pacientes eas, que quoconque modo etiam inter Protestantes jam natę erant, aut naſci poſſent, lites in §. ſubſequenti ita ſopivere: *Reditus etiam, nec non Decima, Canones & Pensions Auguſtana Confess. Statibus, fundationibus jam deſtructis & collapsis ex ALIENIS TERRITORIIS debite iis exſolvantur, qui anno 1624. 1. Jan. in poſſeffione perceptionis vel quaſi fuerunt.* En! hic non extat ex Catholicorum, ſed ex alienis Territoriis, que verba in propria & nativa ſignificatione nunquam exaudiri poſſunt, de Catholicorum tantum Territoriis, ſed omnia omnium Imperii Romano Germanici Statuum Territoria indigant. Et fi quis etiam iphis alium imponere vellet ſenſum, maxima vi illi opus eſſet, quod tamen in hiſce rebus plane non eſt permifſum? quin potius a proprietate verborum, ne in-dubio quidem, nedum in aprico, recedendum eſt per l. 69. de leg. 3. & uti Celfus in l. 7. §. 2. de ſupel. leg. eleganter loquitur: *Non enim ex opinionibus ſingulorum, ſed ex communi uſu, nomina exaudiri debent.* Quod bene obſervavit Dn. Spreng. de Vicar. S. R. I. p. m. 359. ibi: *Alienis Territoriis, quod nota ad differentiam, ut etiam illud valeat inter Catholicos & Catholicos Auguſt. & Auguſt. Confess.* Hęcque ſententia tamdiu vera manebit, quamdiu v. gr. Serenissimus Elector Saxoniæ non concedit ſuum Territorium idem eſſe, quod eſt Elektoris Serenissimi Brandenburgici, aut alijs cuiusque Germaniæ Principis: aut viceversa &c.

§. V. Ad alterum, quod erat ratione Edicti Imperatoris Ferdinandi II. objecṭum, ac ſi tantum de eo, quod ejus occaſione in Imperio, vel ante vel post turbas, mutatum eſt, diſpoſitum eſſet, ex hac tenus dictis ſatis reſponſum arbitror, ſi que ullum adhuc dubium ſuperēffe poſſet, textus ipſe claris id tolleret verbiſ ibi. *Non attentis exceptionibus, ſive ante ſive post Transactionem Paſſavienſem aut Pacem Religionis reformatam & occupata ſint.* Art. V. §. 9. Ubi autem verba clara & perſpicua ſunt, ibi illis ſimili-

pli citer standum est. l. 25. §. . de leg. 3. atq; hanc Constitutionem bene Civitates liberae in sui favorem ita explicuerunt apud Knipsch. de Civ. Imp. l. 2. c. 3. n. 50. Quod Civitates Imperiales sive uni sive utriusque religioni addictæ, de anno 1624. propter Religionem vel bona Ecclesiastica, vel alias intuitu Religionis, in Politicis quo-
cunque modo aggravatae, in eum Statum, in quo i. Jan. 1624. tam in sacris quam Profanis fuere, non minus ac reliqui Status, quam plenissime reponi debeant, idque NB. *sive ante sive post Transactionem Passavensem & in securam Pacem Religiosam reformatæ vel bona occupata fuerint.* Quod enim allegatam l. 19. de Red. Cred. attinet, non tantum multas ea patitur limitationes, quas subiicit Everhard. a Middelb. cit. loc. sed etiam ex dictis constabit, nihil hic legem operari debere ultra intentionem agentium, sed omnia maxime convenire voluntati eorum : Imo ex §. 2. huj. fact. appetet, esse illam ipsam controversiam, quam transligentes decidere voluere ; hinc nec l. 31. C. de Transact. nobis quicquam abloquitur.

§. VI. Tertio loco oppositum erat, Transactiones & Convenientes tales esse stricti Juris, nec præterea presumendum, Protestantes sibi invicem ita præjudicare voluisse ; Non hic jam urgebimus, quod alias in talibus casibus allegari solet : leges sc. & Constitutiones, quæ ad observantandam Pacem publicam pertinent, quam latissime esse interpretandas. vid. in simili hoc addendum apud Leibniz. de Pac. Relig. A. 7. Publ. l. 2. c. 17. sed dato, non concessio, legem nostram non tantum esse stricti, sed & strictissimi Juris exinde tamen aliud nihil induci possit, quam quod verbis textus simpliciter inhærendum, iisque ne minimum quidem aut addendum, aut detrahendum sit. arg. l. 112. l. 126. §. 2. ff. de Verb. Obl. l. 68. de fidei. Ast jam quætionis est: Utrum is a stricta verborum acceptione recedat, qui verba: *Quaecunque Monasteria: item eadem omnia & singula: non attentis exceptionibus: unicum solumque hujus Transactionis, restitutiois observantie que futurae fundamentum sit: ex alienis Territoriis & similia, universalia esse statuit?* præcipue cum ob substratam materiam alia esse nequeant ; An vero is? qui tam perspicue universalia verba

contra

contra ipsorum, reique, de qua loquuntur naturam, ad illas tantum restringere vult controversias, quæ intercedunt inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Status, exclusis reliquis? & omnino puto, etiam sine omni ulteriori probatione id clarum esse. Ejusdem momenti est quoque illud, quod additum de præjudicio est: qui enim ex superioris traditis ponderabit seriem gestorum & quam saepè cum periculo, maximis impensis, aliisve incommodis bonorum Ecclesiasticorum possestio hinc inde dubia redditia & translata sit, maximum subesse beneficium crediderit, quod terminus hic tanta universalitate, omnesq; exceptiones respuente, præfixus sit: non enim, quod saepè monui, actum est de bonis alicujus Status propriis, sed de bonis Ecclesiasticis, quæ Ecclesiæ Pontificiæ dicatae fuere & qua rursus sibi vindictatura erat, negantibus id Evangelicis eaque sibi, vel potius sacris suis, vi Juris Territorialis, tribuentibus; adeoque in contrarium supra allegati textus verba dubia non vero, ubi clara eadem existunt arg. l. 4. de leg. I.

§. VII. Nec majori successu ab adversa parte urgetur quaratum, quod etiamsi terminus iste i. Jan. 1624. ad Evangelicos & Evangelicos extendi possit, ille tamen intelligendus sit, de universis Collegiis, Monasteriis &c. non autem de singularibus eorundem redditibus, adeo ut, qui tale collegium aut monasterium occupaverit, eo ipso etiam omnes ad id pertinentes redditus occupasse videatur, quia accessorium semper sequatur suum Principale. Istud enim, cæteroquin non improbadum principium non tantum in actibus denotantibus translationem Domini, ubi accessorium est divisibile a suo principali, quemadmodum in nostro est casu, nunquam procedit. *Card. Tusch. lit.*

A. concl. 79. in init. Sed etiam probe hic rursus notandum est, in negotio pacis, nullius unquam alias principii aut rationis, nisi possessionis realis & simplicis, habitam fuisse rationem, aut etiam haberi potuisse: id quod Status Imperii tam tum temporis, cum de Pace Religionis in priori Seculo tractaretur, quam Ofnabrugæ, saepissime probarunt: tale enim erat Anno 1555. Collegii Electoralis Votum: *Dass es mit denen eingezogenen Geistlichen Gütern*

therni wie es ein jeder Stand mit denenselben gemacht / gelassen wer-
de/ in quod Electorum Votum Principum Legati iisdem termi-
nis consenserunt & ne circa hanc materiam ullum dubium su-
per esset, Civitates mentem suam ita explicuerant, Und nachdem
der Geistlichen Rent/ Zins/ und Güther haben/ sich allerley Mühsel-
stand zutragen mögten / hielten Sie solches nicht fügsamer abzustellen
seyn / als da demasen Ein- und Fürschung beschehe / dass wie dessen
ein Jeder bey seinem irzigen Innhaben hinsür auch bis zu endlis-
cher Vergleichung ruhiglich gelassen würde. Vid. Lebman, A.D. Relig.
lib. I. c. 4. 7. & II. Et sic istud Principium Paci Religioſe quoque
insertum reperitur. Idem & in hoc Seculo Osnabrugæ & a Sta-
tibus desideratum fuit, das bloß dahin gesehen würde / wie ein Ze-
der in der Possession wäre. Vid. Lundor p. tom. 6. c. 33. §. 18. Et ut
istam objectionem una vice removeamus, textus Instrum. Pac. fa-
tis clarus. Art. V. §. 9. *Quaecunque Monasteria &c. ut & eorum re-
ditus & paulo post : abi igitur supra dictorum omnium honorum,
eorum pertinentium rediuum, fructuumve Aug. Conf. Statibus ali-
quid quovis modo &c. & specialissime §. 15. verf. reditus etiam &c.*
rem decidit : quoniam itaque specialis hic est legis dispositio
supra objectum Principium vel hoc nomine ceſſare oportet arg.
auth. ex caufa C. de lib. præter. l. 7. §. 1. ff. pro Emt. Vid. Brunnem.
ad c. 43. de Reg. J. in cto. in claris enim & apertis subtilizare (li-
ceat nobis cum practicis ita loqui) nihil aliud est, quam perni-
tioſe errare : indeterminata quippe ſolum egent determinatio-
ne arg. l. 25. §. 1. de leg. 3. l. 13. §. 3. de Serv. Ruff. quod eleganter do-
cet Knipsch. de Civ. Imp. lib. 2. c. 3. n. 42. nec clara verba admittunt
interpretationem per voluntatis conjecturam l. 4. de leg. 1. Roland.
a Valle Conf. 79. n. 55. lib. 3. Et quæſo, si hoc, quod nimirum acceſ-
ſorum ſuum Principale ſequi debeat, fuifset fundamentum, quo
Pacientes niti debuiffent ? certe Ecclesia Romana ceu caput,
prouti a Catholicis jactatur , omnes alias Ecclesiæ mediatas &
immediatas, & ad has ſpectantia bona hoc ſub prætextu ſibi vim-
dicafet, nihilque Protestantibus reliquum maniſſet.

§. VIII. Ad quintum jam accedentes, penetrare non po-
ſumus in quo iuſtitia aut durum iſtud , uti falſo ſupponitur,
con-

consistat: qui enim jure suo utitur, nemini facit injuriam, per l. 55. de Reg. Jur. l. I. §. 12. de aqua & aq. pluv. Menoch. de Præsumt. lib. 16. præf. 29. Mascard de prob. con. 1051. n. 30. Imo quod lege permittente fit, dicitur juste & bene fieri l. 17. §. II. de Ædit. Edic. quicunque autem vel vi Juris Territorialis, vel alio quovis modo, bona Ecclesiastica die 1. Jan. 1624. possedit, is ut jam alia taceam, optimum consecutus est jus, quo contra quoscunque tutus esse possit: Juste enim possidet, qui autore, Prætore possidet l. II. de acquir. velam, pos. Knipsch. de Civ. Imp. lib. 2. c. 3. Menoch. Conf. 104. n. 67. & 74.

§. IX. Quod vero *sextum* & *ultimum* attinet, istud non tantum ad rem prorsus nihil facit, cum in superioribus abunde deductum sit, a Pacifcentibus nihil nisi simplicem Possessionem consideratam fuisse, sed insuper etiam circa hunc respectum certum est, quod non soli incolæ aut Cives illius ditionis, in qua fundatio aliqua sita est, bona olim & nunc Ecclesiæ dicavisse præsumantur. Quod si enim ad anteriora secula & præcipue ad n. num., in quo nimia Monasteriorum & similium cepit cura, recurrimus, et tam a privatis quam Principibus, non solum in suo¹, sed sepissime in alieno, etiam longe dillito Territorio, exstructa esse, reperiemus, prout nimirum quemque sua persuasa impulit pietas. Unicus enim Carolus M. brevi temporis spatio, in Germania tot ædificavit templo, ut Aquisgrani templum omnium magnificentissimum, Ecclesian Zizensem, Naumburgensem, Mersburgensem, Wormatiensem, Basileensem, Osnabrugensem, Paderbornensem, Monasteriensem, Bremensem, Mindeniem & Verdensem &c. Quo Augusto exemplo reliqui divites, Nobiles & Illustres moti Ecclesiæ & Monasteria magnis redditibus auxere. Videatur Albertus Cranz in Metrop. & Busch. de nat. & jure bon. Ecclef. Aditus enim ad talia sacra non tantum illis, qui in territorio degunt, sed omnibus patet: hinc non apodice concluditur, hec fundatio in hoc vel illo territorio est, ergo bona ab incolis ejus territorii accepit, eadem enim facilitate contrarium & quidem ideo præsumitur, quia Majores nostri Ecclesiæ & Monasteria ditarunt, ut vel eorum juventus in iis institeretur, aut se sacrис mancipantes inibi alerentur, vid. B. Luth.

tom. 2. Jen. Germ. fol. 7. Wir finden / daß die alten Stift und Klost-
ster sind darum gestiftet und geordnet worden/ daß die Junge Leuth in
der H. Schrifft und Christlichen Glauben solten erzogen und unterrie-
sen werden/ und sind also die alten Dom/ Klostter und Stift der Chri-
sten-Kinder Schulen gewesen/ bis zu der Zeit St. Augustini, und noch
länger/ bis auf die Zeit St. Bernhardi, dazu sind alle Güther der Kir-
chen verordnet/ oder gegeben worden/ als ein Lohn und Sold der Pre-
diger/ auch zur Erhaltung der Schüler und armer Leuthe/ wie dann
das klar in Historien funden wird ic. idque eleganter ex antiquitate
deducit Schook de bon. Eccles. f. 1. c. 27. Ut itaque vel ipsi, vel
eorum liberi in tales alias territorii scholas, aut Monasteria, re-
ciperentur, necesse ipsis fuit, bona etiam sua, consensu Domini
Territorialis, in eadem transferre: Que assertio eo probabilior
redditur, si forte in Principis aut Comitis territorio, in quo bo-
na sita sunt, ejusmodi Cœnobia aut Collegia non existant, si enim
tum subdit ex modo dictis rationibus, live alia aliaqua superflui-
tiosa persuasione, quod posterioribus feculis præcipue contigit,
Schook d. l. c. 7. & 8. moti, donaria sua offerre voluerunt, certe a-
lias querere terras coacti fuere: quibus adde, quod etiamsi pro-
batum & clarum sit, quinam fundatores fuerint, tamen ne quí-
dem secundum jus commune ulla ejus habeatur amplius ratio:
quod eleganter exprimit Modest. Pistor. Conf. 43. n. u. Wann gleich
einer eine Kirche selbst bauet/ fundiret und dotiret/ so überkommt er
doch dadurch keine Gerechtigkeit zu denen Güthern/ sondern
was er vorhin vor Gerechtigkeit gehabt an den Güthern/ so er der Kir-
chen gegeben/ die verleutet er und so balden die Güther einmahl ad
pios usus und zu einer Kirch und Stift vermando/ so werden sie nach
Ordnung der Rechten/ Divini Juris, und gehören nicht mehr den Layen
zu/ sondern seyn gar extra commercium hominum. l. 1. de Ker.
Div. §. nullius, inst. eodem, ubi dicuntur ejusmodi res in nullius
esse bonis: facit l. inter Stipulantes §. sacram. de V. O. §. 2. J. de
Inut. Stip. ita etiam Jure Canonico assertur, quod omne quod
offertur Ecclesia Sanctum Sanctorum efficiatur Domino. c. 12. q. 2.
c. qui abstulerit ead. sarta tamen & salva semper manente supe-
rioritate, tam respectu Imperatoris, qua est protectio ratione
guber-

gubernationis territorii universalis, quam respectu Principum, Comitumi & Baronum aliorumque Imperii Statuum, quæ ipsis in suis territoriis competit. *Busch. de bon. Eccl. p. 246. & seqq.*

§. X. Et si dicendum quod res est, magnam subesse invidiā oportet, Principi ac Domino in cuius Territorio talia bona sita sunt, non concedere velle beneficium legis nostræ Pragmaticæ, cum & præter ejus Respectum nullius magis, quam hujus Principis interfit, ut bona hæc rite administrentur, in cuius prejudicium talia in manum mortuam, omnis vicissitudinis ad instar sedis Judicialis l. 76. de *Judic.* expertem, translata sunt, quem hæc translatio juribus suis, ut quintis, subquintis, semi-laudemii, recognitionibus, confiscationibus, commissis & similibus obventionibus, uti Doctoribus loqui placet, privat, vid. *Dn. Fritsch. Exerc. 7. Publ. 7. per tot.* adeo ut, quod de fisco vulgo alias dicitur, esse riñirum eum lienis instar, quo crescente reliqua corporis partes tabescant; idem bonis Ecclesiasticis in consideratione Principis, totiusq; Reipublicæ accommodare soleant; idque questus est Chilpericus Rex apud *Goldast. tom. 3. rer. alim. fol. 44. & Lehman. Chron. Spir. 1. 2. c. 35.* Ecce pauper manū fiscus noster, ecce divitiae nostræ ad Ecclesiæ sunt translate, nulli penitus nisi soli Episcopi regnant, periit honor noster & translatus est ad Episcopos Crostatum. Hinc in bene constituta Republica quilibet Princeps & Dominus & in nostro Rom. Germ. Imp. quilibet Status gaudet Potestate prohibendi, ne sc. bona immobilia in manum transferantur mortuam, ino in plurimis non nisi speciali Domini permisso, quem amortizationem vocant, possunt tradi, *D.D. Mylerus de Princ. & Stat. Imper. c. 88. n. 2. Dn. Fritsch. cit. loc. §. 12.* ubi infit: materia circa quam seu objectum (Amortizationis) sunt omnia bona immobilia non duntaxat feudalia censuaria & Emphyteutica & similia, verum etiam allodialia franca & libera ab omni onere reali & Dominicati in quibus possessor plenam habet proprietatem & plenum dominium, cum & ea publicum & commune Reipublicæ interesse respiciunt, non possunt circa consensum Principis a manu mortua acquiri & possideri, & maxime

me propter Jus confisicationis, quod Princeps perderet, si in manum mortuam transirent, reinneret vero se penes possessorem singularem bona manerent & ille delinqueret &c. Quemadmodum autem bona ista non modo Principis permisso demum ab Ecclesia acquiri possunt, sed etiam Dominus territorii id permittingdo jus tamen suum ex Domino, quod quidam eminentis vocare solent, ipsi (non obloquente l.1 & l.6. §.2. de Rer. Div. videri potest Schook de bon. Eccles. s.1. c.19. & 20.) in ea competens non abdicat, sed usum tantum mutat, uti eleganter ducit Molineus ad Consult. Par. tom. I. § 51. n. pen. Usus vero iste in terris alterius Protestantis non amplius talis, qualis ab initio territorialis Domini permisso a fundatore institutus fuit, esse potest, ita quoque curam harum rerum, ut sc. cultui divino rite rursus adhibeantur. vi 4. 16. de usu & usufr. leg. ei potius, cuius beneficio Ecclesia dedicata sunt, & qui tale jus, de quo modo locuti sumus, in hac bona quæsitum habet præ illo, cui nullæ plane partes vel quocunque respectu, qualis est Dominus in cuius Territorio fundatio est, tribui possunt relinquendam esse, naturalis non solum dictat ratio, arg. l.6. §.4. de cond. indeb. ibi: quod ob rem datur, ex Bono & Aequo habet repetitionem, veluti si dem tibi, ut aliquid facias, nec feceris, sed etiam jure Civili integro tit. 4. lib. 12. de conditione causa dati caufa non fecuta, cautum est: possunt in hunc finem evolvi Lindenbrog. Capit. Carol. M. lib. 5. t. 47. & in leg. Longob. lib. 3. leg. 3. nec nobis obstat auth. Cappa. C. de SS. Eccles. c. 1. de immunit. in 6.

§. XI. Et certe omnia haec animo accuratijs volventi eo minus dubia videbuntur, si simul considerabit dissensiones Protestantium inter se, de quibus ita Forstnerus in Epist. de pac. Osnabrug. pag. 13. ait: nam & illud scias oportet, illustrissime Scaliger, non tantum Cæsari cum exteris, Catholicis cum Protestantibus, rem esse, sed & hos inter se opinionibus scijs, dissidijs & factionibus laborare, ut vel Cæsare ipso (mirum dictu) haftatore opus habeant, ne commodis suis ipsi adverfari velint, ita quibus paulo ante difficultimum erat consultare & qui dum deliberabant, descivisse per illorum temporum ingenium censebantur,

bantur, nunc non contenti de Republica libere arbitrari, atque in suffragia ire, libertati aliquid decessé credunt, nisi & inter se dissentire liceat &c. Ut enim litigia ita dictorum Lutheranorum, circa hæc bona taceam, certum est Reformatam religionem ab Augustana Confessione adè differre, ut ipsum Pacis Instrumentum art. 7. Evangelicos duas inter se partes constitueret dicat, docent & id tot hinc inde edita Scripta, imò totus dies. Add. idem Epist. 1. de Pac. Osnabrug. p. 9. Sicuti autem certissimum erat, nullam ex his partibus bona hæc, Catholica Ecclesiæ olim debita, nunc autem ab ipsis posseſſa & ad alios usus adhibita, alteri, non minus à sua religionis cultu divino recedenti, ultro cœffuram esse, præcipue si occupans territorii fuerit Dominus, cuius semper interest, ne quis re sua male utatur §. fin. *J. de his qui sūi l. alieni.* Ita aliud medium omnia hæc compendi non superfuit, nisi ut quod quisque habeat, vel potius anno 1624. die 1. Jan. habuerit, etiam in posterum retineat. Hinc videmus, hoc possessionis principium in Art. VII, adè esse extensum, ut etiam si Evangelicus territorii Dominus, vel mutaret religionem, vel quoconque modo tale nanciseretur territorium, in quo alterius partis Sacra vigent, tamen ei fas non sit vel publicum religionis exercitium, leges aut constitutiones Ecclesiasticas hactenus ibi receptas, immutare, aut eo pertinentes redditus, pensiones & stipendia prioribus adimere, suorumque sacrorum hominibus applicare: Quemadmodum istud subditi Comitis de Bentheim ad partis alterius sacra in superioribus annis transeuntis & Evangelicis Ecclesiæ Ministris ac Scholæ pensiones & stipendia minuentis, in adhuc durantibus Comitiis contra dictum Comitem maximè usserunt, literasque supplices à parte Evangelicorum statuum ad Sacram Cæsaream Majestatem in hac causa obtinuerunt, Dn. Fritsch. in adnot. ad art. 5. Instr. Pac. Si autem ne territorii quidem Domino tale quid in proprio licet territorio, quis auderet afferere Evangelicum statum posse etiam ex alieno territorio illos redditus petere, quos ne quidem in termino illo decretali possederit.

CAP. IV.

Remedia pro hoc Statuum Jure competentia exhibens.

§. I.

Quemadmodum nullum jus adeo Sanctum, nulla lex adeo firmum existere potest, quin vel propter ejus explicationem, vel aliam casuum emergentium necessitatem, remedii quandoque opus sit; ita in hoc capite merito de iis agendum suscepimus. Sunt autem ea vel judicialia vel extrajudicialia. De judicialibus acturis, primo forum seu judicem competentem, deinde remedia ipsa, pro hoc statuum jure competentia, considerabo. Quod prius attinet, vel status controversiae tangit observantiam Pacis Religionis, & Instrumenti Pacis Cesareo-Suecici, aut lis subordinatur super explicatione & sensu textus Pacis Religionis & Instrumenti Pacis, cuius exemplum in cap. 3. exhibetur. Si illud contingit, Cameram Imperialem Spirensem & Cesareum judicium Aulicum esse judicem competentem, sive causa per modum simplicis querelae, sive per viam appellacionis eodem deferatur, circa omnem dubium assirimus. *Vid. art. 5. Instr. Pac. §. 20. Blum. in Proc. Cam. tit. 28. latè Syring. de Pac. Relig. §. 13.* non obstante, quod olim, præcipue contra Aulicum judicium disputatum fuerit, de qua re vid. *Dn. Schuz Coll. J. publ. vol. 1. disp. 4. n. 17.* adeo, ut quanquam hifce judicis soli fermè Laici praesint, quibus alias in Clericos, etiam volentes, Jurisdictionem competere canones negant, & hi tamen, si bona feudalia ab Imperio possident, eique immediate subfunt, instar focialium in Camera item excipere teneantur, cuius rei exempla videri possunt apud *Gylman. in Syntaphor. add. Syring. cit. loc. lir. d.* Ne autem pluralitas Votorum Catholicorum tam Cameralium, quam Aulicorum Atestorum, Protestantibus iniqua imposterum esse possit, salubriter in alleg. §. cautum est, ut litteres tales in Judicio Aulico & in Camera Spirensi ab utriusque religionis pari numero Atestoribus discutiantur.

§. II. Sin autem controversia circa sensum ipsius textus mota

ta

ta fuerit, aliter erit dicendum, sicuti enim Judicis tantum est, secundum leges, non de legisbus judicare, utpote quarum interpretatio est Imperii & solum illis competit, qui leges condere possunt, per *l. fin. c. de leg. c. venerabilis 13. qui filii sunt legit.* *Card. Manic. de Tac. & ambig. convent. lib. 2. tit. 1. n. 1.* & uti *Innocent. 3. in c. 31. de sent. & excom. ait.* Unde jus prodiit, interpretatio quoque procedat. Ita Imperatori & Imperio prudenti & fano Consilio istud expressè reservatum est, in *Art. V. ibi.* Sed si dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut ex causis Pacem Religionis, aut hanc Transactionem tangentibus resulset, de eo in Comitiis, vel aliis Imperii conventibus, inter Utriusque Religionis Proceres, non nisi amicabili ratione transfigatur: quod adhuc latius explicatur in §. 52. ut nec pluralitas Votorum attendenda sit, que ulterior Clausula in primis Protestantibus salutaris est, alias enim ipsis, numero Votorum à Catholicis superatis, semper cedendum esset. Vid. *Mevius* questionem hanc de authenticā legis nostrae interpretatione in terminis tractans i. *Dec. 67. 2. Dec. 7.*

§. III. Ex quo posteriori casu hæc insuper fluit quæstio: Utrum sc. Camera Imperialis Spirensis, aut aulicum Judicium, per prorogationem fieri possit competens? Quod ideo affirmandum videtur, cum Jurisdictio secundum juris Romani notissima Principia etiam extra terminos suos per prorogationem exerceri possit, & id quidem tam expreſſo partium, conſenſu per *l. 18. ff. de Jurisd. quam tacito*, qui colligitur ex circumstantiis & ex litis contestatione coram incompetente judge, omisſa fori exceptione, à scientibus facta *l. 4. c. de Jurisd. l. 2. de Jud. l. 15. de Jurisd.* Ast, cum etiam jure Romano duo sint, que per modum cauſe efficients prorogandi jus producant, conſenſus nimirum partium & lex publica, uti ostendit *Dn. Schilter. Ex. ad ff. 6. d. 22.* *Sine cuius (legis sc. publicæ) confirmatione sc. effet (prorogatio) nunquam floretur decretis aut sententiis Magistrorum terminos Jurisdictionis excedentium.* Ideo hic negativa præferenda erit: in nostra enim quæſtione adeo nulla lex prorogationem probat, quin potius expressissimis verbis harum rerum cognitio ſoli Im-

peratori cum Imperio servata sit; & hinc etiam defectus in subiecto prorogationis passivo appetat: ejus in Judice Jurisdictione talis requiratur, quæ ad litem motam extendi vel prorogari possit: non enim litigantium, sed legis est Jurisdictionis datio per *I.3. C. de Jurisd. vid. Pransk. ad tit. ff. de Jurisd. n. 43* in nostra autem quæstione Jurisdictione Cameræ expressa admota est: Nec melior causa prorogationis objectiva hic existit, ex enim tantum res & causæ prorogari possunt, quæ per interpretationem legum applicativam decidenda sunt, non verò ea, ubi expositiva juris interpretatione opus est: cum Judicis tantum sit secundum leges, non de legibus judicare, quod solum illis competit, qui legem condidere. *I. fin. C. de leg. c. 4. Si filii sint legib. c. 31. de sent. & excom.* Objicere quidem aliquis posset: constitutionem Instrum Pac. in favorem Protestantium scriptam esse, quemlibet autem favori profè introducto renunciare posse, per *leg. 29. de Padis*, quod enim nobis nostri causa lex dedit, eo non uti licere & unumquemque de jure suo detrahere posse, per jura vulgata. Probè vero hic notwithstanding esse existimo, hanc Instr. Pacis Sanctionem non in duorum litigantium, sed totius causæ, immo omnium Protestantium gratiam esse factam, nec etiam duos litigantes, si maxime velint, eam tribuere posse Cameræ Jurisdictionem, quæ ipsi per legem Imperii expressè admota est, addit *Mev. cit. locis.*

§. IV. Ad actionem ipsam properans, benè distinguendum esse duco, utrum litigantes sint ejusdem, an verò diversæ religionis? Si diversæ sint religioni addicti, iterum discrimen notandum, utrum reditus ab auctore petantur, in quorum possessione Anno 1624. 1. Jan. quidem fuit, eam autem postea, ante tamen compositionem Pacem Osnabrug. amisisit, aut Vindicaturus est actor tales, ex quorum possessione post dictam Pac. Osnabrug. demum ejetus est, in priori casu, quoniam omnium ante auctorum per Pacificationem introducta oblitio & jam ex Instr. Pac. cœn nova lege, certum actionis nomen non exprimente, agendum est, competit Conditio ex *lege arg. I. un. ff. de Cond* ex leg. add. *Oldendorp class. 4. act. 4.* vel si circumstantiae præprimis fraudent, confessoria vel negotoria, de quidem *Oldendorp class. 3. act. 4.*

§. V.

§. V. In posteriori vero casu, quando nimurum tales vindicantur reditus, in quorum possessione Status agens die 1. Jan. 1624. fuerit, eam autem post compositam Pacem Osnabrug. amiserit, instituenda erit specialis actio fractæ & violatæ Pacis Religiosæ, quæ competit, quotiescumque in aliquo capite aut puncto contra dictam pacem & Instr. Pac. eius illa fundamentum est, aliquis intuitu religionis turbatur. *Blum, Proc. Cam. c. 28. n. 63.* *Myler. de Princ. & Stat. Imp. c. 87.* & in hoc respectu Reformatus contra Evangelicum vel vice versa acturus, eandem instituere poterit actionem, non obstante quod supra c. 2. §. 1. monuimus: manere enim & inter hos adhuc graves Religionis controversiae, quæ nondum composite, sed ulteriori compositioni reservatae sunt, vid. *Blum. cit. loc. n. 70.*

§. VI. Sin autem Status controvertentes non diversæ, sed eiusdem Religionis, tum aliter rursus obtinet apud Catholicos, aliter apud Protestantes. Quod enim Catholicos attinet, quoniam his sub jugo manere Ecclesiastico placuit, iis etiam privilegia & beneficia, quæ Canones ipsis tribuunt non invidenda sunt, ast de iis hoc loco tractare meum non est institutum, Protestantes vero, sive ante sive post Instrumentum Pacis compositum turbati fuerint, supra memorata conditione ex nova lege arg. I. un. ff. de Cond. ex leg. aut, si mavis, actione confessoria vel negatoria uti poterunt, vid. supra alleg. *Oldend. d. 1.* Cum omnibus autem istis remedis pro facti qualitate quandoque concurrere possunt alia beneficia v. g. ut actor supplicare possit auf die Pfandung Ar- rest oder Landfrieden: ex quibus unum eligere potest, *Blum. Proc. Cam. c. 28. p. 83.* imo, quemadmodum omne id, quod non jure fit, injuria est, gravissime hanc materiam docente Magnifico Dn. Doctor Rebban, Patrone & Praeceptore meo ætatem venerando, in *Hodog. Jur. Chart. 3. clim. 4. §. 5. & seqq.* & actio injuriarum adversus quemcumque re sua alterum uti prohibentem conceditur. I. 13. §. ult. de injur. I. 25. §. ult. de Ag. Emt. ita eadem hic contra prohibentem, ne quis jure suo percipiendi reditus ex alieno Territorio debitos utatur, institui poterit.

§. VII. Quoniam in omnibus meis thesibus fundamentum

totius juris circa redditus hos, esse diei 1. Jan. 1624. habitan posse
fessionem defendi, in jure autem nostro non apparere, idem ex-
stimator, ac non esse, l. 30. ff. de testam. sui. l. 77. de contrah. Em. l. 4.
de fid. Inst. l. 4. de pignor. l. 62. §. 1. de hered. Instit. l. 10. de Reb. dub.
l. 5. §. 5. de Rei vind. c. 10. de consecr. dist. 1. & Veritas Juris ex Veri-
tate facti oritur l. 52. §. 2. adl. Aquil. Card. Tusch. tom. 3. concl. 13. n.
n. ideo non sine ratione de possessionis huius probatione sum sol-
licitus, & primo quero, Cuinam ea incumbat? Si Protestantibus
eum Catholicis erit res, hi subito prætentent, quia citra omnem
controversiam antiquorem habuerint possessionem, pro cuius
continuatione semper præsumatio militet, per c. 17. 18. de Refut.
Spol. arg. l. 16. C. de prob. nec ab agente Interdicto possessorio ad-
versus spoliatorem, uti inique Protestantes appellare solet, plus
exigi queat, quam ut prober, se in possessione fuisse & inde de-
jectum esse, arg. l. 1. §. 1. de us & vi armat. Vid. Comp. Pac. c. 8. q.
19. n. 74. & seqq. Probationis onus Protestantibus semper, sive in
Possessione sint, sive non, imponendum esse. Ast, his non ob-
stantibus, firma manet regula, quod actori cuicunque incumbat
sue intentionis probatio l. 21. de prob. adeo ut, eo non probante,
reus absolvatur, etiamsi hic nihil prober l. 4. C. de Edendo. c. fin.
§. 1. de Jurej. aut probatur in probatione defecerit, Masc. vol. 1.
concl. 36. n. 37. aut a parte actoris & rei pares sint probationes, Dn.
Struv. ad ff. de Probs. §. 13. pro possidente enim præsumtio omnium
firmissima. Menoch. lib. 3. præsumt. 91. n. 42. & ideo omnis probandi
in adversarium transfert. c. 6. de prescript. l. 14. 20. de prob. nam illa
Dillingenium Præsumtio, antiquæ & continuatæ videlicet pos-
sessionis, aliter non procedit, nisi ubi antiquas possessor etiam
sit modernus seu pro præsenti possideat & de hoc demum credi-
tur, ipsum intra decennium non vero ultra, possessionem medio
tempore continuaſſe, imo ne istud quidem præsumitur, si aliqua
præsumtio in contrarium existit. Vid. Card. Tusch. præf. Concl.
tom. 6. 1st. P. concl. 4. 17. n. 5. 16. & seqq. eleganter Menoch. de Præ-
sumt. lib. 6. præsumt. 66. an autem major præsumtio interruptæ
possessionis existere possit, quam quod honorum Ecclesiasticorum
possessio dadatum, tanquam pila, ut ait Dn. Schütz in manual. pacif. in
fin.

fin. non intra decem sed ultra 100. annos, translatā fuerit, quilibet facile judicare poterit. Et quod de Possessorio interdicto, objicunt, minoris adhuc est efficacie: concedimus enim, possessionem tantum probandam esse ab interdicto hoc utente, sed nullam aliam nisi simplicem & realem i. Jan. 1624. addē *art. 5. §. 9.*
Inst. P. Inter Protestantes circa hanc questionem nullum est dubium.

§. VIII. Probatio ipsa jam se offert, quae, est vel artificialis vel inartificialis. Illa fit per obliquum, argumentis ex ipsa rei natura & causa deducitis necessariis, aut etiam probabilibus, quae vocantur præsumtiones, de quibus *Menoch. tr. de præsumt.* Inartificialiter vero, Argumentis extrinsecus assuntis, probatur, & quidem plerunque per testes aut instrumenta *l. 1. C. de dilat.* Iliorum, testimoniū nimirū, copia post tantum temporis intervalū non ubique forte obtineri poterit. Ubi autem adhuc existunt, qui testimonium ferre possent, id quod Doctores ad tit. ff. de testibus tradunt, & in primis hic erit observandum, quamquam in Statuum his controversiis testes ab illis producti, plerumque aut eorum Subditi, aut in officio constituti sint, quorum quidem testimonia, ceu domestica, tam juris nostri Romani, per *l. 3. C. de testibus l. 6. ff. eodem.* ibi: *Idonei non videntur testes, quibus imperari potest, ut testes sint,* quam etiam Juris Canonici per *c. 14. de testibus C. J. A. de testibus d. 3.* principiis improbanter, eos tamen observantiam & Praxim haec tenus admisisse, si nimirum juramentum, quo Domino obstricti sunt, iis fuerit remissum, *Modest. Pistor. v. i. cons. 8. n. 18. Carpzov. p. i. cons. 16. def. 64. Process. 13. S. 14. n. 105.* & ibi laudati, add. *Maurit. Consil. Chilon. 1. n. 20. legg.*

§. IX. Deficientibus autem testibus eorum locum supplebunt instrumenta: ex quibus publica plene probant *l. 10. ff. de probat.* Notariorum, idem quod testes *l. 15. C. de fid. Inst.* Sed queritur, si Status aliquis, qui possessionem talium reddituum occupavit, per officiales suos, eos per modum annuarium rationum assignari curavit, an haec rationes pro Statu probent? Ego existimo eas, præcipue si sole sint, nihil prorsus probare *arg. l. 5. 6. 7. C. de probat.* Ubi permittitum exemplo esse dicitur, fidem privatis

tis annotationibus tribuere, adeo ut ne pro fisco, alias privilegato, probent. *l. ult. C. de conven. fisc. deb. C. J. A. de probat. d. 9.* De Annalibus & Chronicis, si iis forte mutatio alicujus Monasterii & occupatio ad id pertinentium redditum inserta reperiatur, controverti potest, quænam probandi vis illis tribuenda sit? Ego inter tot diversas circa hanc questionem Doctorum opiniones, quas vid. apud *Klock*, *de contrib. c. 20.* cum Excellentissimo & Consultissimo Dr. *Kulpfis*, Patrono meo multis nominibus colendo, *de Legat. Stat. Imp. c. 20.* ubi hoc eruditissime prouti solet, tractat, eam eligo, quæ distinguit, utrum Historiographus publica autoritate, arte historica, actis & documentis publicis aliquis requiritis instructus scriperit, vel securus: ille enim plenam facit fidem; hic vero vim privatæ scripture non transcendit & in antiquis præsumtive duntaxat probat. In dubio vero, an sc. quis publica, an vero privata scriperit autoritate? Judicis arbitrio, si circumstantia non obsunt, committendum est. Vid. *Klock*. *c. 10. loc. n. 532.*

S. Ult. Esset, ut etiam de remedii agerem extrajudicialibus, sed ne justo sim longior, abrumpo filum. Deo ter optimo Maximo sit laus & Gloria.

Kurze jedoch Gründliche
INFORMATION
In Sachen
Frankfurt contra Hanau.
Die in dem Gräfl. Hanauischen Territorio
gelegene / so genannte Weissen Frauen- Kloster
Güther/ Renthen/ und Gefälle betreffend.

A 16

Als Bürgermeister und Rath zu Frankfurth/ in dem vorigen Seculo, das in ihrer Stadt gelegene Closter zur weissen Frauen genandt/ reformiret/ und die dazu gehörige Renten und Gefälle eingezogen/ haben einige benachbarte Reichs-Stände/ insonderheit Chur Maynhs/ Solms/ Ysenburg/ und endlich auch Hanau/ nachdem dieselbe die Aenderung dieses Closters/ und dessen Reformation, in Erfahrung gebracht/ in ihren Territorii mit denen sonst zu diesem hiebevor Ca-tholischen Closter gehörig gewesenen Güthern/ Renten und Gefällen/ ein gleichmäßiges gethan/ solche auch eingezogen/ und sonst zu milden Sachen vermeint: Wogegen aber Bürgermeister und Rath zu Frankfurth/ als welche um deswillen/ weilien die alte Mauren/ dieses von seiner Fundation verfallenen Closters/ noch in ihrer Stadt stünden/ und sie etwas ehender/ als andere Stände/ zu dessen Renten und Gefällen gegriffen hätten/ ein besser Recht dazu zu haben vermeinten/ sich an dem Hochsächlichen Kayserlichen Cammer-Gericht zu Speyer beklagt: absonderlich aber gegen den damahlichen regierenden Graffen zu Hanau/ Herrn Philipps Ludwigen/ Anno 1594. Processus angezettelt/ dieselbe aber 1615. und also vor und nach dem Westphälischen Friedens-Schluß/ und zwar so lang ertragen lassen/ bis Anno 1678. und also 63. Jahr hernach ein Frankfurter Advocat/ aus ohnbefantem Anlaß/ oder Gelegenheit/ animiret worden/ seinen Herren und Obern/ die Wiederhervorbringung dieses durch jetzt gedachten Friedens- Schluß/ gänglich abgerhanen/ und cassirten Processus/ wiewohl mit schlechter seiner Reputation/ einzurathen/ auch citationem ad reallumendum gegen den nunmehr in Gott ruhenden Grafen und Herrn/ Herrn Friedrich Casimiri/ Grafen zu Hanau/ c. auszuwürcken/ dabeneben alles hin und her mit solchem Eifer zu treiben/ als ob seine Principales die beste gerechte Sach von der Welt und dabeneben die Versicherung eines guten End-Urtheils schon in Händen hätten c. Es ruhet aber dieser ganze Handel/ womit jetzt gedachter Frankforther Schriftsteller die Herrschaft Hanau zu beunruhigen sich unterstanden/ auf dieser einigen Frag:

Wer diese/ in dem Hanauischen Territorio gelegene/ der Catholischen Geistlichkeit hiebevor in so weit zuständig gewesene/

in dem vorigen Seculo jetzt gedachter machen eingezogene Güther Renthren und Gefälle anjero haben und behalten solle?

Jedermann deme das Jus publicum, und insonderheit unsere Reichs/Sachsen / nur in etwas bestand / wird in dem ersten Augenblick vernünffig judiciren / daß diese Questio, nicht nach denen gemelnen Rechten / wie Gegenthell will, sondern aus dem Westphälischen Friedens-Schlusß de Anno 1648. und zwar ohne einzigen Zweifel dahin zu decidiere seye / daß derjenige Stand welcher jetzt berührt Güther Renthren und Gefälle Anno 1624. den 1. Januarii / in würtclichem realen Besitz gehabt / dieselbe auch forthin auf die in dem Instrumento Pacis exprimite Weiß haben und behalten solle.

Quæcunque Monasteria, Collegia, Ballivias, Commandas, Temppla, Fundationes, scholas, Hospitalia, aliave bona Ecclesiastica mediata, ut & eorum rediutus Juraque quoctunque nomine ea appellata fuerint Augustanæ Confessionis Electores, Principes, Status, Anni Millelimi sexcentesimi vigefimi quarti, die prima Januarii possederunt, eadem omnia & singula, sive retenta semper sive restituta, sive vigore hujus transactionis restituenda, iudem possident, donec Controversie Religionis amicabili partium compositione universali, definiantur. Vid. Instr. P. art. 5. §. 9.

Gleichwie nun nicht die Stadt Franckfurt ihrer eigentlichen ge-richtlichen Bekanntheit nach, sondern die Herrschaft Hanau die Güther Renthren und Gefälle Questionis nicht allein den 1. Januarii Anno 1624. sondern gar lang vor und nach solchem Friedensschluß / nemlich de Anno 1593. bis anhero / mißlin fast ein ganzes Seculum, und noch bis auf den heutigen Tag in würtclicher realer Possessio gehabt:

Also macht sich der Schlusß von selbsten / und können sich vernünffige Leuthe nicht genugsam verwundern / wie doch ein so Sonnen-klare gerechte Sach von dem Franckfurther Schriftsteller bloß ex Jure Communi, necht Hindansekung des Frieden-Schlusses / und zwar vor dem Hochlöblichen Kaiserlichen Cammer-Gericht auf diese Weiß angefohlen / mißlin ein so vornehmer Stand des Reichs dadurch umsonst und vergebens beunruhigt werden dörste ?

Bevorab

Bevorab die Scheins Gründe/ worauf derselbe seine Sach zu segen
suchet/ alljumerksam und handgreifflich seynd/ und so viel man bishere,
so ab deme was gerichtlich vorkommen/ vernehmen können/ nur allein
darauf beruhen/ daß

1.) Bürgermeister und Rath der Stadt Francfurt/ so wohl vor als
nach dem Passauer Vertrag in possessione vel quasi der Güter Qua-
stionis gewesen/ und erst Anno 1593. von der Herrschaft Hanau ei-
genmächtig davon entsetzt worden.

2.) Diese Sach als in welcher der Rath zu Francfurt/ die Herr-
schaft Hanau an dem Kaiserlichen Cammer-Gericht/ schon in dem vo-
rigen Seculo super Commissio Spolio belangen/ bishero Rechthän-
gig gewesen.

3.) Das Instrumentum Pacis, althier um deswollen nicht statt fin-
den könne/ weilen dasselbe disfalls zwischen denen Catholischen und Pro-
testirenden Ständen/ aufgerichtet sei/ althier aber die Differenz zwis-
chen zweien Protestirenden Ständen verlire ic.

Es zerfallen aber diese Einstreungen/ so baldon sie nur ein wenig gegen
den angezogenen Friedens-Schlus gehalten werden/ dahero von selbsten
weilen ad primum in denselben ausdrücklichem versehen/ daß respectu
der Kirchen-Güter/ keine weder vor/ oder nach dem Passauischen Ver-
trag gehabte Possession, (derer sich doch die Stadt mit Bestand auch
nicht rühmen kan) consideraret und angesehen/ sondern nur allein die-
jenige gelten/ und observirt werden solle/ welche sich auf den 1. Janua-
rium Anno 1624. fundiret und gründet ic.

Non attentis exceptionibus sive ante sive post transactionem
Passavensem aut Pacem Religiosam reformatam & occupata
etc. unicum solumque hujus transactionis, restitutionis, ob-
servantiae futuræ fundamentum sit, DIE 1. JANUARIJ ANNO
1624. HABITA POSSESSIO.

Vid. Instr. P. citato loco.

Und zwar mit dem ausdrücklichen Anhang/ daß die Rentheien
Zehenden/ Zinsen/ und Pensionen/ so den Augsburg. schen Confessions-
Ständen nach aufgehobenen und destruirten Stiftungen/ aus andern
Gebiethen gebühren/ nur allein/ denjenigen gereicht werden sollen/
welche in diesem Anno Decretorio in Possessione perceptionis der-
selben gewesen,

Reditus etiam nec non Decima Canones & Penfiones August.
Conf. Statibus, fundationibus jam destructis & collapis ex
alienis Territorii debite iis exsolvantur, qui Anno 1624.
die 1. Januarii in Possessione perceptionis vel quasi fuerunt.
Art. 5. §. 9. Vers. Reditus etiam &c.

Hierbei zu geschweigen daß Bürgermeister und Rath der Stadt
Frankfurth wie in der bey denen Actis befindlichen Fürstlichen Vor-
mundschaftlichen Interventions-Schrift mit mehrern angezeigt ist/
und da es nöthig ferner deducirt werden könnte / vor dem Passauer
Vertrag niemahlen / machen die Frankfurther Acta es in denen Bey-
lagen selbsten klar zeigen / in Possessione der Gefäle Questionis ge-
wesen ; Nach dem Passauer Vertrag aber und so balden die von der
Stadt Frankforth unternommene Reformation des Closters andern
Chur-Fürsten und Ständen/ nemlichen Chur Mayns/ Hanau/ Solms
und Piscburg ad notitiam gekommen die Nothdurft obbedeuter mas-
sen / mit Einziehung der in ihren Territorii gelegenen zu diesem Clo-
ster vor dissen Fälligkeit und destruction gehörig gewesenen Güter/
Reinthen und Gefäle/ ohngezahmt beobachtet worden : und hat der
damahlige Regierende Herr zu Hanau/ Graf Philipp Ludewig/zc.
daran ganz kein Unrecht acthan/ daß er Bürgermeister und Rath/ über
dieje in dem Gräflichen Hanauischen/ mithin in seinem / und nicht in
der Stad Frankfurth Territorio gelegenen Geistliche Güter/ Rein-
then und Gefäle/ keineswegs Meister seyn lassen/ sondern sich als Lan-
des-Herr seines Reichens/ eben so wie die Stadt Frankfurth in dem
ibrigen gebrauchen/ mithin über solche Reinthen zu milden Sachen sei-
nen Kirchen und Schulen zum besten/ selbsten disponiren wollen. Be-
vorab alles dasjenige / was die Status Protestantes circa Ecclesia sta-
ca vor und nach dem Passauer Vertrag praetendiret / bloß allein wie
so wohl aus dem Religions-Frieden als Westphälischen Friedensschluß/
absonderlich denen zu Osnabrück von denen Protestirenden Anno 1646.
übereichten Gravaminibus, der Länge nach zu sehen/ auf das jus Ter-
ritoriale fundiret/ mithin eine sehr fremde Sach gewesen / daß ein
Protestirender Stand / aus seinem Territorio in seines Protestirenden
Mit-Standes Gebiet fallen/ und sich daselbst mit Einziehung der/
gleichen Güter und Gefäßen/ oder in andere Wege einiger disposition
in

in Ecclesiasticis ammassen sollte? Vid. Instrum. Pac. Art. 5. §. 12. Bur-
gold. ad d. art. c. 9. diff. 13.

Und ob wohl

Ad secundum dasjenige was der Schriftsteller wegen der Litis-
pendenz aniezo anführen vor dem Frieden-Schluß sich ceteris pa-
ribus noch einiger massen hören lassen so ist doch aniezo die Sach
per hanc legem Imperii Pragmaticam, wie weltkündig ganz in einem
anderem und solchen Stand gerathen / daß keine diffals vorher ange-
setzte Proceslus, Litispendentia, und dergleichen auch nur die allerge-
ringste Consideration gezogen werden können sondern die Possession
de Anno 1624. in ihrem ohnbeweglichen Stand allerdings Grundrich-
tig und ohne verrückt verbleiben muß.

Irritis prorsus exceptionibus quæ ex &c. NB. LITIBVS
MOTIS causisve decisis, vel etiam Decretis, Mandatis, Re-
scriptis, Paritoriiis, Reverbalibus NB. LITISPENDENTIIS, vel
aliis quibuscumque prætextibus & rationibus defumi possent.
d. Art. 5. c. 9.

Und wäre dem Frankfurter Schriftsteller wenn er ja die Tabu-
las Pacis, nicht so gleich bey der Hand gehabt hätte gar leicht gewe-
sen / sich diffals ex Jac. Blumii Processi Cam. Tit. 28. num. 19. dahin zu
informiren.

Quod quidem tempus à Pace Religiosa usque ad annum
1648. circa dijudicationem Possessionis bonorum Ecclesiasti-
corum retentam confirmando, ablatam vero restitutioni
mandando, obseruatum fuerit, ast cum post præmemoratam
Pacem Religiosam, præsertim durante nupero tricennali
bello, illa possessio varie suisset translata, in Conventu Os-
nabrug. complacuit possessionem i. Jan. Anno 1624. habitam,
unicum solumque futuræ observantæ ac restitutionis in Ec-
clesiasticis & quæ intiuiri eorum in Politicis mutata sunt,
fundamentum constituiere &c.

Das nechstbedene

Ad Tertium der Tractatus Pacificationis nicht zwischen denen Pro-
testirenden Reichs Ständen allein sondern was in specie die Resti-
tution und Possession, der Geistlichen Güter / Gefälle / Zinsen und

Einkommen angehet / zwischen denen Catholischen Reichs-Ständen/ an einem / und dann denen Protestantirenden / am andern Theil geschlossen worden seye / könnte man Hanauischen Theils endlichen ohne Schaden in so weit nachgeben / auch anber noch dieses eingeständig seyn / daß / wenn man der Stadt Frankfurt in dem vorigen Seculo / ein solch Geistlich Gut / welches nach würdiglich geschehener Religions-Aenderung zu ihrem fehligen Gottes-Dienst / und was davon dependirt / von einem der Augspurgischen Confession-Bewandten Frankforter Patricio, Bürger oder sonstigen guten Freund / wäre gesäffnet worden / in dem Hanauischen Gebiet hinweg genommen hätte / mit dem Instrumento Pacis, und der Possession de anno 1624. nicht auszulangen wäre:

Allhier aber da wir von keinem Frankforter / sondern nur allein von einem solchen Gut handeln/welches hiebwohl der Catholischen Geistlichkeit / in so weit zuständig / und über dieses in dem Gräflichen Hanauischen Territorii gelegen gewesen und noch gelegen ist / hat es eine ganz andere Bewandtniß / und ist das was einem Protestantirenden Stand vi Juris Territorialis recht / dem andern in seinem Territorio billig / kan auch die Decision / wann über dergleichen Geistlichen Güther und deren Possessiones ob schon unter Protestantirenden und Protestantirenden Ständen Differenten entstehen / die Decision aus keinem anderem Orth / als dem Osnabrigischen Friedens-Schluß / auch auf keine andere Weiß / als nach obverführten Principiis hergenommen werden.

Gestalten denn i. eben darum / daß die Status Protestantes, respectuè zusammen vor einen Mann gestanden / contra Catholicos eius ve Parthey gemacht / und den Annun Decretorium 1624. quoad Possessionem Bonorum Ecclesiasticorum, gesampter Hand durch getrieben und erhalten: das alte teutsche Sprichwort / gleiche Brüder/ gleiche Rappen / platz finden / einem Protestantirenden Stand so viel Recht zu dergleichen geistlichen Güthern / als dem andern gebühren/ ein folglich der nehmliche Schild / de Anno 1624. mit welchem die Stadt Frankfurt dergleichen Possessiones contra quoscunque bedecket / auch dem Haß Hanau / gegäuinet / und aller Orthen / die Sach komme gleich hin wo sie wolle / und zwar umb so viel mehr gesättet werden muß.

Weilev

Weilen 2. Ratio hujus legis Publicæ, quæ salus pax & tranquillitas totius Imperii est, von so grosser importance, Consideration und Richtigkeit ist/ (ut scilicet ad ignes belli radicitus extinguidos, possideat, qui Anno 1624. die 1. Januarii, possedit) daß dieselbe Ihr hohes Ansehen/ Authorität/ und kräftige durchgehende Würfung/desjenigen/ was ex Jure Communi vel privato dagegen vorgebracht werden könnte/ allerdings ohngeachtet/ immerfort/ man habe es gleich mit Catholischen oder Protestirenden Ständen/ mit Patronis oder Schutz-Herrn zu thun/ in gehöriger Vollkommenheit ohne geschmähtert conserviren und behalten/ und davon durch dergleichen ohnlässige dem Publico höchst gefährliche Absprünge/ niemahlen nicht das geringste verlieren müs.

Privata enim cedunt Publicis, & ubi eadem ratio, ibi idem jus.

Wobey es denn 3. umb so viel fremder heraus kommt/ daß nachdem Bürger-Meister und Rath/ obangezogenen ihren eigenen Principiis nach/ das Hanauische aus der Possession de Anno 1624. erlangte Recht/ dergestalt qualificirt zu seyn erkennen müssen/ daß die Catholische Geistlichkeit/ mithin das Weiß-Frauen-Closter selbst/ wann es schon noch in seinem ohnveränderten Catholischen Stand wäre/ auf keinerley Weiß noch Wege/ weder ex Capite Spolii, noch Litispendencie, noch sonstens/ als welches alles respectu salutis publicae supremam semper legem constituentis, per sanctionem hanc pragmaticam hochvernünftig abgeschnitten/ und das einzige alleinige fundament, auf ietz berüherte Possession de Anno 1624. gesetzt worden/ dagegen aufzutragen könnte; Sie die Stadt doch gleichwohlen einen als den andern Weg daffals dem Haß Hanau ein weniger als diejenige von welchen Sie Ihr Recht per cessionem her hat/ und denen Sie respectiv surrogirt worden/eingestehen und nadiegeben will!

Cum tamen hoc pertineat quod jus competens contra cedentem competat quoque contra cessionarium, nemlichen die surrogirte Stadt Frankfurt/ & quod surrogatum retinet naturam & conditionem sui surrogati cum omni sua aptitudine passiva.

Anton. Tessaur. decis. Pedemont, 123. num. 13. vers. ad scium.

Maxime

Maxime ubi agitur ut hic non de jure aliquo personali sed reali, nemps de bonis Ecclesiasticis, quorum possessionis causam & conditionem in præjudicium alterius mutare sibi nemo potest.

Per notissima,

Und ist sich 4. um so mehr zu verwundern / wie Burger - Meister und Rath der Stadt Frankfurth / sich zu dieser unbefugten Action gegen die Herrschaft Hanau habe refolviiren können / da doch denselben ob deducierter massen / alles Recht / so Sie vor oder nach dem Passauer Vertrag / zu vergleichenden Geistlichen Güthern gehabt haben mögen / durch den Friedens-Schluß gänglichen abgeschnitten / casuere und aufgehoben / und hingegen prima Januarii Dies Anni 1624. Zu dem einzig und alleinigen Fundamento dergestalten angesetzt worden / daß / wann die Hanauische auf diesen Annum Decretorium, fundarlich gegründete Possession, der Stadt Frankfurth schon nicht in dem Weg stünde / Sie doch solcher Geistlichen Renten und Gefällen / in Ermanglung jetzt berührten Fundamenti keines wegs fähig / sondern diese Güther Quæstionis vielmehr an die Catholische Geistlichkeit / wiederum rückfällig seyn würden.

Und gleichwohl 5. die Stadt Frankfort / auf diese Weiß / bey leicht berührter Ermanglung des einzigsten und alleinigen Fundamenti Possessionis de Anno 1624. kein ius in re hat / ein folglich derselben keine Actio in rem, gegen Hanau competitum mag / und dieses Principium nicht allein in alieno, sondern der Stadt Frankfort eigenem Territorio so richtig steht / daß / wann Burgemeister und Rath keinen andern Grund / zu Behauptung ihrer übrigen Geistlichen Gütern als allein dasjenige welches sie nicht ex Anno Decretorio, sondern nur sonst aus der vor oder nach dem Passauer Vertrag / dann und wann gehabter Possession herhohlen / vorschützen könnten / Sie sich gewißlich aller Geistlichen Güter in Ihrer eigenen Stadt gar bald verlustig sehn würden; Also kan man an verschiedenen hohen Orten

6. Umb so viel weniger begreissen / wie die Stadt aus ihrem Territorio, in ein benachbartes zu springen / und sich dafelbst eines mehreren Rechten / als in Ihrem eigenem anzumassen / befugt seyn sollte : Die Sach ist an und vor sich selbsten so klar / als der Tag / und muß

der

der Frankfurter Schriftsteller bey so bewandten Dingen zu allem Überfluß selbsten / wiewohl wieder Willen / eingeständig seyn daß demjenigen Stand Augsburger Confession, welcher Anno 1624. den 1. Januarii nicht in würdlicher realer Possession dergleichen hiebewor unter Catholischen Händen gestandenen geistlichen Güter / Renthen und Gefällen gewesen / zu solchen geistlichen Gütern / Renthen und Gefällen (aller vor oder nach dem Passauer Vertrag hergeholtter Possessions-Litispendenz oder anderer Exceptionen allerdings ohngeachtet) weder Recht noch Anspruch noch Action gebühre:

Nun aber ist die Stadt Frankfurt Anno 1624. den 1. Januarii in keiner dergleichen Possession der Güter / Renthen und Gefälle Quæstionis gewesen:

Ergo kan derselben an diese Güter weder Recht noch Anspruch, noch Action gebühren.

Propositio major, wird durch den Osnabrückischen Friedens-Schluß in öfters angezogenem Art. 5. §. 9. in Terminis terminantissimis, bevestigt.

In verb. Non attentis exceptionibus, sive ante, sive post Transactionem Passavensem, aut Pacem Religiosam reformatam & occupata, &c.

It. in Verb. Unicum solumque hujus Transactionis Restitutio-nis observantiæque futurae fundamentum sit Die prima Januarii Anno Millesimo Sexcentesimo vicesimo quarto habita Possessio, irritis prorsus exceptionibus que ex litibus motis &c. Litispendediis, vel aliis quibuscumque prætextibus defumi possent.

It. §. 15. Vers. Reditus etiam nec non Decimæ, Canones & Penitentes, Aug. Confess. Statibus, foundationibus jam destructis & collapsis ex alienis Territoriis debitæ iis exfolvantur qui Anno 1624. die 1. Januarii in Possessione perceptionis vel quasi fuerunt &c.

Und trifft das Jus Commune hierbei um so viel kräftiger über ein/ weilen alle Actiones in rem ohnwidersprechlich ex Jure in Re ihren Ursprung haben müssen / & absque tali actione in re niemanden keine Actio in Rem competiren kan.

Actio enim in rem & vi cuius res a Possessore petitur, ex Jure in re oritur, & hujus actionis in rem, Principalis nota est,
C (10.) usque H (10.) quod

1955 Kurze jedoch gründliche Information

quod nimurum oriatur ex Jure in re , juxta quod rem nostram esse dicimus.

Minor zeiget sich in der Stadt Frankfurt eigener Bekanntniß ganz offendahr / in dem/ dieselbe testantibus Actis , noch bis auf diese Stund/ wiewohlen allerdings ohnbefugt/ restitutionem ex capite spoli, und anbey zu docirem suchet/ daß sie Anno 1593 aus ihrer vermeinten Possession hinausgetrieben worden.

Die Consequenz aber schließt wider dieses der Stadt ohngegründetes / per sanctionem nostram pragmaticam , allerdings verworffenes Anmassen / so krafftig / daß dieselbe nicht allein gegen einen Protektirenden Stand / welcher die in seinem Territorio begriffene Güter/ Renten und Gefälle Questionis Anno 1593. vi Juris Territorialis eingezogen / und solche Anno 1624. prima die Januarii , in wirklicher realer possession gehabt/ nicht die geringste action zu formiren vermag / sondern wann es auch möglich wäre / daß der Türckische Muffti (sic vernia verbis) solche Güter/ Renten und Gefälle / in Besitz hätte/ so würde doch Burgermeister und Rath zu Frankfurt/ davon nichts / als allein vobis non competit actio , zu theil werden/ in den übrigen aber sich obgedachter massen / schon andere Leuthen finden/ welche diese Güther/ von denen unglaubigen Händen/ würden zu vindiciren wissen.

Ja / wann schon dieses alles / wie es doch ohnwidersprechlich ist/ nicht wäre / und derjenige / welcher der Stadt Frankfurt dergleichen opponiren wolte / nothwendig nicht gleicher / sonder differenter Religion mit derselben seyn müste : So würde doch Burgermeister und Rath dahero abernahmen nicht auslangen können / weilen zu allem Überfluß

7. Herr Graff Philipp Ludwig zu Hanau / welchen die Gefälle Questionis Anno 1593. eingezogen / und zu seinen der Reformirten Religion zugethanen Kirchen und Schulen verwendet / kundbarlich nicht der ungeänderten Augspurgischen Confession, sondern der Reformirten Religion bepflichtig / mithin cum secundum Tabulas Pacis Art. 7. Augustana Confessioni addicti , & illi qui Reformati dicuntur , duas inter se partes constituant , mit Burgermeister und Rath nicht einerley / sondern differenter Partie genesen :

Und wird sich der Frankfurter Schriftsteller hierbei aber mahlen nicht entbrechen können/ authöllig nachzugeben/ und eingeständig zu seyn/ daß diejenige Reichs-Stände und deren Unterthanen/ welches

in Sachen Frankfurt contra Hanau. 1753

chen durch die Reichs-Satzungen / den Religions-Frieden / und Westphälischen Friedens-Schluss circa Ecclesiastica, bevorab respectu der Geistlichen Güter / alle die Jura und Beneficia, welche denen Catholicischen Ständen daraus zufommen gleichmäig eingeräumet worden / sich des Anni Decretori respectu possessionis der Geistlichen Güter / wider einen der Augspurgischen Confession zugehanen Stand / eben so gut und mit dem nemblichen Effect, als ein Catholicischer Stand bedienen und gebrauchen können :

Gleichwie nun denen Reformirten Ständen und Unterthanen / mithin auch Graff Philipp's Ludwigen zu Hanau / und dessen Unterthanen / als welche kundbarlich der Reformirten Religion zugethan gewesen / und respectivo noch seyn / alle die Jura und Beneficia, welche die Reichs-Satzungen / der Religions-Friede und die Transaction de Anno 1648, denen Catholicischen Ständen und Unterthanen / bevorab respectu der Geistlichen Güter / zu eignen / ohne Widerrede ganz vollkommen beygeleget worden :

Unanimi quoque Cesarea Majestatis omniumque ordignum Imperii consensu placuit, ut quidquid Juris aut Beneficii cum omnes aliae Constitutiones Imperii tum pax religionis, tum publica hæc transactio in eaque decisio gravimum ceterisque NB. Catholicis & Auguflane Confessioni addicti statibus & subditis tribuunt id etiam iis qui inter illos Reformati vocantur competere debeat &c. Vid. art. 7. Inst. P.

Allso hat es auch seine ohnwidersprechliche Richtigkeit daß Graf Philipp's Ludwigs zu Hanau / und dessen Unterthanen / oder diejenige welche per successione in dessen Recht getreten / sich des Anni Decretori, mit dem nemblichen Effect, als ein Catholicischer Stand wider die Stadt Frankfurt / bedienen / mithin die ex parte adversa formirte Prætensiones, man kehre die Sach gleich wie man wolle / nirgendswo weder anschlagen noch hasten können / und zwar dieses

8. Dahero um so viel weniger/ weiligen widrigen Fälls / und da Bürgermeister und Rath der Stadt Frankfurt / so doch nimmer geschehen wird noch kan angeben solte / unter obigen nichtigen Prætexten / denen Hanauischen Reformirten Kirchen und Schulen / dengleichen Renten und Gefälle / mit welchen sie jetzt gesdachter massen von Graf Philipp Ludwigen zu Hanau / in dem vorigen Seculo dortiret worden / wiederum zu entziehen / sie die Stadt weit gröstern Gewalt / als ein regierender der Augspurgischen Confession zugethaner Graf zu Hanau / in dieser seiner eigenen Graffschaft / haben würde / bevorab in dem angezogenen Art. 7. gegen den Lands-Herrn dergleichen Unterthanen zum besten ausdrücklichen versche.

At fas ei non sit, vel publicum religionis Exercitum, Leges aut Constitutiones Ecclesiasticos hæc tenus ibi receptas, immutare, vel Templa, Scholas, Hospitalia aut eo pertinentes, Reditus, Pensiones, Stipendia prioribus adimere suorumque sacerdotum hominibus applicare.

Gefalten dann auch befandt ist / wie sehr sich verschiedene mächtige Churs und Fürsten / vor einigen Jahren / als in dergleichen Sachen einige Missverstände vorgefallen / der Hanauischen Reformirten Unterthanen Kirchen und Schulen bisfalls angenommen haben / und wohin endlichen die Sach componirt und ver- glichen werden.

Und demnach ber anjego regierende Graf und Herr / Herr Philipp Neinz

1754 bis 1798 Kurze jedoch gründliche Information &c.

hardi Graf zu Hanau/Rhineck und Zweibrücken, Herr zu Münzenberg/Lichtenberg und Ochsenstein/Erb-Marschall und Ober-Vogt zu Straßburg ic. welcher kein Erb-Dero nunmehr in Gott ruhenden Herrn Antecessor, sondern nur als sein ex Pacto & Providentia Majorum Successor, bey dieser Graffschafft ist nicht allein an denen Fehlern/falls sich wider Verhoffen in diesem Proces einige fias den solten/ ganz keinen Theil sondern auch Dero gewesene Fürstliche Vormundschaft/ vermittelst einer bey denen Actis befindlichen sehr gründlichen Interventions-Schrift/ Dero Interess in währender Dero Minorenität vor einigen Jahren bereits genugsam verwahret hat: Hiebey zu geschiweigen/dass wenn auch in dem Proces etwas verschen/ und die Herrschaftliche Defension anfänglich nicht auf das Instrumentum Pacis, sondern nur auf die gemeine Rechte gegründet wäre/ der Hoherleuchtete Herr Richter sich doch sonder Zweifel von selbst seiner Obliegenheit zu seiner Zeit wohl würde erinnert/mithin den Abgang/ bes vorab da oft angezogener Westphälische Friedens-Schluss dagegen in Legem Imperii Pragmaticam erwachsen/ ex officio supplict haben:

Als sezen Ihr Hoch-Gräfliche Gnaden auch ausser allen Zweifel/ es werte die diese Sach zu seiner Zeit gehörige hoher Orten/ um so viel leichter zu des Hauses Hanau Satiation erdrückt werden können/ je augenscheinlicher der gesenthelige pruritus temere litigandi, samt dem übrigen desselben Nutzun an dem Tag ligt. Hanau den Septembr. Anno 1687.

SENTENTIA PUBLICATA.

Den 14. Martii. 1695.

EN Sachen Bürgermeister und Rath der Stadt Frankfurt Klägere/ wider
Wapl. Herrn Philipp Ludwigi Grafen zu Hanau Münzenberg nachgelassenen Kinder Vormünder in Actis benannti jego Herrn Philipp's Rheinharden/Grafen zu Hanau Beklagten Citationis des Weisen Frauen Closters Gefälle in spezie aus denen im Hanauischen Territorio gelegnen Gütern betreffend/ seynd D. Zeller und D. Gultchers ihre resp. der Restitution und Absolution a Citatione halber beschreben Begehr noch zur Zeit abgeschlagen/ sondern ist dieser Sachen Beschaffenheit nach (Jedoch der diesem Rayserl. Cammer-Gericht aus denen Reichs-Satuationen/ und sonstigen zufommenden Interpretation Constitutionum ac Recessuum Imperii publicorum in andern Fällen ohne Nachtheil) hiermit der Befehl/ wosfern Klägere/ oder der Herr Beklagte von der Rayserl. Majestät und des Heil. Reichs Ständen gebührliche Erlauterung und Erklärung/ dass dieser Special-Casus unter der Disposition habite posselisit vel quasi prima Januarii 1624. Instrumenti Pacis Artic. 5. §. quæcumque Monasteria 9. auch begriffen/ und dieser §. auf die Ausprung. Confessionis Verwandte/ auch auf diejenige/ so von ihnen Reformiert genannt werden/ unter sich selbsten gleichfalls zu verschēben/ also die deren wegen im Jahr 1600. zu Speyer angefangene Rechtsfertigung/ und bisherige Litispendedenz erloßten sey/ bebringen werden/ das alsdann ferner ers gehen soll/ was Recht ist/ zu dem Ende beede Theile ihre Nothdurft gehörigen Orts/ ob sie wollen vor und anbringen mögen. Die in dieser Sach aufges gangene Gerichts-Kosten bis dahin reservirende.

Taxa Cancellatarie cum Documento 23. Rthlr. 55. Rr.

DISQUI-

1799

DISQVISITIO JURIS PUBLICI DE BONIS ECCLESIASTICIS EO- RUM QVE, EX ALIENO TERRITORIO DEBITIS, REDITIBUS, INTER PROTESTAN- TES IMPERII STATUS CONTROVERSIS.

Ad

Articul. V. §. potissimum IX. num. 25. & §. XV. num. 45. 46. & 47. nec
non Articul. VII. Instrumenti Pacis Osnabrugio-Monasteriensis.

FRANCOFURTI
ANNO M DC LXXXVII.

PRÆFATIO.

Posquam dispulsis caligantibus seculi tenebris, solito major lux Publica, quæ in Imperio Romano Germanico viget, Jurisprudencia affulgere cœpit, passim etiam in Academiis, maximè Protestantium, eisdem illustranda decora quedam ingenia certatim magnoque conatu incubueré. Quorum institutum, si modestiam magistrorum adsciverint, sicut laudandum omnino censemus, ita illud maximè dolendum est, non desuisse hactenus, qui ante conditias præserim Pacificationis Osnabrugensis tabulas, petulantis stylī dicacitate cùm alias Imperii Sanctiones, tum præcipue, quæ religioni superiori seculo data fuit, Pacem laceffere passim, multisque manibus & in speciem confictis rationibus tantum non prorsus convellere amisi sunt. Quo nomine cùm in multis Imperii Conventibus, & in primis omnium illustrissima illa totius sere Europæ Panegyri, qua de reducenda redonandaque diuturnis bellorum calamitatibus jam pene ad exitium dant, animamque, ut videbatur, agenti Germanie, pace, magna animorum contentione Osnabrugis

*apud Westphalos deliberabatur, Ordines Imperii graviter conqueſt
effent, reprimendæ huic & coercendæ in poſterum laſcivientis calami
gangrænae, iſis Pacis tabulis inter alia capita etiam hoc pruden-*

*ter insertum cautumque fuit: Ne quisquam docendo, disputando,
Art. V. §. scribendo, consulendo, Transactionem Paſſavienſem, Pacem Reli-
goſam, vel hanc imprimis ſive Declarationem ſive Transactionem
XVII. n. 50.*

*Pacis Westphalicae uſpiam impugnet, dubiam faciat, aut affertio-
nes contrarias inde deducere conetur. Quia tamen ſanctione non
ita ſe conſtrictos crediderunt in Academicis viventes Juris Antecef-
ſores, qui publicorum quoque Imperii Legum interpretationi in-
cumberet, deque illuſtribus eis Juris Capitiis in Academicis etiam
pulpitis publice diſerere ſibi integrum putarent. Id quod & eō
excusati ab iſidem fieri judicandum eſt, quando conſtat, Publici
non minus quam Privati Juris docendi ſpartam atque provinciam
Eis commiſſam eſſe, quam ſi pro dignitate & ex ſide muneriſ de-
mandati obire atque ornare velint, illius ſanè ſtudii culturam ab-
ſque inſigni turpitudinis nota negligere eosdem haud poſſe, oppido
manifestum eſt. Factum hinc eſt, ut ad horum exemplum, non tan-
tum iſi etiam quandoque in diſentium ſubſelliis adduc conſtituti,
ſtudiorum ſuorum, iis quorum intereſt, rationem publico quodam
comparata eruditioſis ſpecimine reddituri, ſed & ulterius jam pro-
gressi alii ad ſummos in Jurisprudentia Academicos honores adſpira-
nentes, quō ſuis, quas ex recepto Germania more publice proponere
& tueri jubentur, diatēθāς doκιμασθāς vel ex iſo argumento &
liquid ſplendoris conciliarent, de eiusmodi negotiis, que ad cogni-
ſcendam Germanici Imperii Republiſcam faciunt, publicas ſubinde
diſquifitiones inſtituerent. Quem morem, ſi praefinitos lege termi-
nos non excedat, adeo non reprehendendum ducimus, ut potius inſi-
gnem laudem eorum videatur mereri induſtria, qui, ne neglectis pro-
tritis illis centiesque recodis, aut uſum in foro coiuincique vita
nullum habentibus argumentis, in illuſtranda publica Jurispru-
dentia opera nonnihil ſtudiique collocare hacenus voluerunt. Se-
riо tamе cum magno noſtri ſeculi JСto & in ſummo Imperii Tri-
beni. Obſ. bunali Senatore vereinur, ſicubi ad hypothefiſin deſcendere liceret,*

ad Inſt. Difq. I. Obſ. 9. n. 8. ne publicæ Jurisprudentiæ, prout hodie (ubi pro veteri incuria,
nimia luxuriat curiositas) ſibi conſtant, ſacra penetranti & excu-
ſienti

tienti cordatus, haud pauca obviā fiant, quæ silentio venerari, quād Academicis disceptationibus exponere ac divulgare, satius foret. *Quare cavendum maximè alius haud incelebris Ictus non immeritè censuit, ne dictatoria quadam autoritate (ut nonnulli in Academiis temere faciunt) de gravissimis Statuum Imperii controversis Juribus judicemus, aut contra Instrumentum Pacis Osnabrugeo Monasteriensis (quod haecenū non pauci tentarunt) quid doceamus aut scribamus. Et ne longè abeamus, non desuit etiam superioribus annis, qui, haud obscuro rei vel leviter gñaris consilio, de eo quod circa redditus Bonorum Ecclesiasticorum ex alieno territorio debitos, in Imperio inter Status hodiè juris est, inaugoralem, quam vocant, Dissertationem adornare voluit; cuius nunc tradita, unius veritatis afferenda eidemque hac in parte litan- tium ergo, quorum scilicet interest, ne justissima causa injustis peti- ta taliis succumbat, sed rejecta potius omni ascisio colore atque fuso, qui incauti lectoris oculos poterat præstringere, nativo candore eo melius splendescat, omniumque obtutui spectandam se exhibeat. paulo pressius considerare animus est. Ne autem Disquisitio ista nimis prolixa reddatur, prætermis reliquis, illa præcipue quæ Cap. III. De eo quod in Imperio inter Status ejusdem Religio- nis Juris est circa redditus bonorum Ecclesiasticorum ex alieno territorio debitos, & Cap. IV. De Judice hujus cause foroque competente disputantur, sub examen revocare decrevimus, eo qui- dem instituto, ut neglegdo penitus diuinis verborumque adparatu omni, ipsius cause ejusque meritorum, juxta & modestiz rationem unicè nos habuisse, omnes intelligent. Quod ut feliciter cedat, Di- vinum NUMEN ardentibus suspirijs supplices invocamus.*

CONSPECTVS SCRIPTI.

CAP. I. Cujus

PROOEM. proponitur Quæstio: An lites, quas *Protestantes* Imp. Ordines, de bonis atque redditibus Ecclesiasticis ex alieno territorio debitis, inter se fovent, ex possessione Anni 1624. Instruimenti Pacis dijudicandæ sint?

SECT. I. Argumenta & rationes pro contraria & affirmante.

12

SECT.

SECT. II. Prō negativa & nostra sententia; & ejus quidem
Membro I. *Generalia.*

II. *Speciālia ex Artic. V. §. IX. n. 25.*

III. Ex§. XVI. n. 45. 46. & 47. J. P. desumpta argumenta exhibentur, omniaque simul ab exceptionibus contrariis vindicantur.

SECT. III. Rationes Adversarii affirmantes excluduntur & confutantur.

CAP. II. De *Judice* hujus causae & *Foro competente* tractat; Cujus
SECT. I. An summum Imperii, quod Spiræ est, Tribunal co-

gnoscere de hac controversia, & pronuntiare definitivè
possit? generatim.

SECT. II. Annon faltem ex capite prorogata *Jurisdictionis*, cogni-
tionem sibi in hac causa vindicare poslit Imperialis Ca-
mera? disquiritur.

CAPUT I.

Ubi discutitur Quæstio:

An sicut illi census atque reditus bonorum Ecclesiasticorum,
qui ex Catholicorum Imperii Statuum territorio Evangelicis, ita
& isti, qui ex Provinciis Protestantium aliis Protestantibus Im-
periū Statibus debentur, per sanctionem Pacis Osnabru-
genfis Ei censeantur adjudicati, qui Calendis Januariis

Anni M D C X X I V . in possessione eorum-
dem fuit.

COMPENDIA.

I. *Bona reditusque Ecclesiastici in-
ter Catholicos & Protestantes
controversi, illi adjudicandi, qui i.
Januar. 1624. in possessione eorum-
dem fuit.* An idem obtineant quando
Protestantes de bonis illis eorum-
que reditus inter se litigant?

II. *Adducuntur loca J. P. quibus
id probare nititur Adversarius: quo-
rum priori, quid circa ipsa bona Ec-
clesiastica mediata.*

III. *Posteriori, quid circa redi-
tus bonorum Ecclesiasticorum, cum
extantibus adhuc, cum destructis
fundam-*

fundationibus, servandum sit, di- | controversias definitus, ultra prefti-
ffonitur. | tutos eidem in J. P. terminos exten-

IV. Terminus Anni 1624. in his | dendus non eſt.

I.

EQuidem vel in vulgus notum est, quid super Ecclesiasticis bonis
fam mediatis quam immediatis, que vocant, & speciatim quoq;
de redditibus Ecclesiasticis illis, qui ex Catholicorum territorio Evangelie-
cisis, & ex Horum Provinciis Catholicis Imperii Statibus debentur, in
Pacificationis Osnabrugensis Articulo V. post diutinas atque acres
concertationes, inter Catholicos & Protestantes conventum decisum
que sit: numirum quod ex possessione eorum atque perceptione
Anni 1624. Calendarum Januarii omnia haec ita estimari debeant,
ut quicunque tum temporis bona ista possedisse eorumque redi-
tus percepisse deprehendatur, eidem in perpetuum addicantur,
& si forte intermedio tempore possessione sua dejectus fuerit, anti-
quatis & rejectis omnibus exceptionibus, reddantur atque restituantur. Art. V. §. III. num. 14. §. IX. num. 25. §. XV. num. 45. 46. & 47. qua-
de re pluribus heic distinere nihil attinet. An autem id quod
hoc pacto inter eos, quos diximus, Imperii Status de obventioni-
bus presertim bonorum Ecclesiasticorum transactum constitutum
que fuit, etiam ad illos redditus, qui Statibus Imperii Protestantibus
ex aliorum Protestantium ditionibus debentur, produci possit de-
beatque? curatus investigare, & discussis utrinque rationibus ex-
pendere jam nunc aggredimur.

II. Cum vero duo potissimum Instrumenti Pacis Osnabru-
gensis loca, tuenda cauſa sua, in scenam ab Adversario produci
videamus, quorum altero, quid circa bona Ecclesiastica mediata,
vocant, Monasteria scilicet, Collegia, Templi, similiisque con-
ditionis alia; altero, quid circa redditus bonorum Ecclesiastico-
rum ex Territorio Catholicorum Augustane Confessionis Statibus de-
bitos, inter Transigentes juris esse debeat, cautum provisumque
est, ipsa legis verba, ut ut prolixiuscula, cum toti diſputationi lu-
cem foenerentur, heic inferenda duximus. Et priori quidem lo-
co, Articulo numirum V. §. IX. num. 25. ita statutum legitur: Que-
tanque Monasteria, Collegia, Ballivias, Commendas, Templi, Funda-

tiones, Scholas, Hospitalia, altare Bonae Ecclesiasticae mediata, ut & eorum redditus, Iuraque quocunque nomine ea appellata fuerint, Augustanae Confessionis Electores, Principes, Status, &c. Anno millesimo sexcentesimo vicefimo quarto, die prima Ianuarii possederunt, eadem omnia & singula sive retenta semper, sive vigore hujus Transactionis restituenda, iidem possideant, donec controversia Religionis amicabilis partium compositione universali definiantur, non attentis exceptionibus, sive ante, sive post Transactionem Passavensem aut Pacem Religiosam reformata & occupata, aut quod non de vel in territorio Augustanae Confessionis Statutum, vel exempta, vel alia Statibus jure Suffraganeatus, Diaconatus, aliave quavis ratione obligata fuisse dicuntur; unicum solumque hujus transactionis, restorationis observantiae futurum fundamentum sit, die prima Ianuarii Anno millesimo sexcentesimo vicefimo quarto habita possessio, irritis prorsus exceptionibus, que ex introducto alicubi locorum exercicio interimistico, vel anterioribus aut secutis pacis generalibus aut specialibus transactionibus, vel litibus motis causisve decisis, vel etiam decrevis, mandatis, rescriptis, paritoris, reversalibus, litis pendentiis vel aliis quibuscumque praetextibus & rationibus desumi possent. Vbi igitur supradictorum omnium honorum, corundem pertinentium, fructuumque Augustanae Confessionis Statibus aliquid quovis modo aut praecantu, sive judicialiter sive extra judicialiter à dicto tempore interversum aut ademptum est, omnino absque mora & indiscretè cum suis pertinentiis, redditibus & accessionibus ubiquecumque sitis, una cum amotis documentis in priorem Statutum restituantur. Nec Augustanae Confessioni additi posthac in habita vel recuperata possessione ullo modo turbentur, sed ab omni persecuzione juris & facti perpetuo tuci sint, donec controversie Religionis composite fuerint.

III. Porro in eodem Articulo V. §. XV. postquam Religiosae Pacis observantiam circa redditus Ecclesiasticos num. 45. his verbis commendassent Legislatores: *Ratione reddituum cuiuscunque generis ad bona Ecclesiastica eorumque possessores pertinentium ante omnia observetur id quod in Pace Religionis §. Dagegen sollen die Stände der Augsburgischen Confess. &c. & §. Alsdann auch denen Ständen der Alten Religion &c. depositum invenitur; mox num. 46. ejusdem §. XV. paulo specialius quid servari debeat circa redditus Ecclesiasticos Augustanae Confessionis Statibus è Catholicorum Pro-*

Provinciis debitos, eo casu (nam de hoc intelligendum esse hunc locum, & ratio, & verba Constitutionis, & ea quæ in sequenti num. 47. disposita atque sancta leguntur, omnesque bona interpretationis leges evincunt, uti in sequentibus uberior demonstribitur) quando *fundationes Ecclesiasticae adhuc extant & in vigore suo persistunt*, hoc modo definitur: *Illi vero reditus, census, decimæ, pensiones, que vigore jam dictæ Pacis Religionis Statibus Augustanæ Confessionis ob immediatas vel medianas fundationes Ecclesiasticas, ante vel post Pacem Religiosam acquisitas, è Catholicorum Provinciis debentur, quorumque in possessione vel quasi percipiendi Anno 1624. die 1. Ianuarii fuerunt, absqueulla exceptione solvantur.* Denique in subsequenti num. 47. ejusdem §. quid circa pensiones & reditus itidem Augustanæ Confessionis Ordinibus ex Catholicorum territoriis sed eo casu, cum fundationes jam destructæ & collapsæ sunt, debitos, juris esse debeat, hac formula expressum est: *Reditus etiam, nec non Decime, Canones & pensiones Augustanæ Confessionis Statibus, fundationibus jam destrutis & collapsis, ex alienis territoriis debite, iis exsolvantur, qui Anno 1624. die 1. Januarii in possessione perceptionis vel quasi fuerunt. Quæ vero ab Anno 1624. destructæ fuerunt, aut in futurum concident, earum pensiones etiam in alienis territoriis Domino destruti Monasterii seu loci, in quo id situm fuit, exsolvantur.*

IV. Quanquam vero negari nequeat, quod terminus Anni 1624. pro regula atque norma habendus omnino sit, ad quam exigere unicè debeamus restitutionem in causis Ecclesiasticis, si quidem inter *Evangelicos & Catholicos* agatur, vel ex his ipsis tamen, quæ ex Publicis legibus hac de re jam adduximus, liquido appareat, certos eidem limites, quos excedere non debeat, positos constitutosque esse: adeo ut vero non minus quam scitè Augulti Imper. Tribunalis, quod Spiræ Nemetum est, Assessor Magnificus D. Schülius Manual. Pacis. quest. 10. in fin. admonerit: *Instrumento Pacis abuti eos, qui terminum illum à quo, non nisi secundum dispositionem Instrumenti Pacis intelligendum, ad obvia queque accommodare presumunt.*

SECTIO

SECTIO I.

Argumenta & rationes pro affirmante sententia exhibens.

COMPENDIA.

IV. Infirman suam sententiam variis rationibus firmare nititur Adversarius.

V. (1.) Ejus argumentum à generalitate verborum J.P. (2.) à ratione legis. (3.) à natura regula, cui in barenum donec doceatur exceptio.

VI. (4.) De omnibus omnino bonis Ecclesiasticis in Conventu Osna brugensi dictum esse. (5.) Quod iussum sit, terminum illum univer salem, quem ipsi Protestantes petterint, cosdem inter se agnoscerne nolle. (6.) Argumentum à possessio ne. (7.) à scientia Pacientium.

VII. (8.) Quod circa invidie notam Domini, in cuius territorio bona ejusmodi sita sunt, Legis Pacificatoris beneficium hac in parte de negari nequeat. (9.) Argumentum à dissensionibus Protestantium, & differentiis August. Confess. à Religione Reformatâ. (10.) à Jure reformati alterius partis sacra, coque spectantes reditus eidem adimendi, ipsi territorii Domino denegato.

IX. Adductas Adversarii rationes fiscalicas omnes esse & refutatu facillimas.

IV.

Quo infirmior autem est magisque à verò aliena affirmans, quam tuendam suscepit, sententia eo majori nisu id praefata aggreditur Adversarius, undique eam in rem & sollicitè admodum conquisitis rationibus atque argumentis, quæ sparsim ex adversa Dissertatione, ejusque præsertim Cap. III. Sct. II. collecta, ordine nunc recensere, laboris initium nobis erit.

Argumen ta affir mania I.

*V. Primum itaque generalia legis verba, nec uspiam ad illas faltem controversias, quas Protestantes cùm Catholicis exercent, restricta esse, passim ingeminat; ita enim in Artic. V. §. IX. n. 25. statutum reperiri: *Unicum solumque hujus transactionis, restitutionis ob servantiaque future fundamentum sit die 1. Januar. 1624. habita posse.* Cap. III. Dissertat. Sct. II. §. 2. quod in sequenti etiam §. 3. amplius illustrare nititur. Quinimo verba hæc taxativa, exclusiva sive restrictiva esse, alibi monet, quorum natura sit, si affirmativè ponantur*

tur, id quod afferunt, adeo affirmare, ut omne aliud efficacissime excludant, *dicit. Cap. III. Sect. III. § 2. pag. 21. Conf. § 3. in fin.* Neque verba tantum, sed & legis nostræ rationem univeralem, & ad omnes Ecclesiasticorum bonorum possesseores se extendere, indeque legem quoque ipsam universaliter intelligendam esse, ait II. Adversarius, & adstruere prolixe laborat *d. scit. II. ejusque presertim §. 3. pag. 18.* Et ne quis putaret, de eo tandem ibidem dispositum esse, quod ratione Edicti Ferdinandi II. ejusque occasione in Imperio, ante vel post turbas circa bona Ecclesiastica mutatum sit, repugnare id contendit disertis legis verbis, quæ ita in *d. num. 25.* habeant: *non attentis exceptionibus, sive ante sive post Transactionem Possaviensem aut Pacem Religionis reformatam vel occupata sunt.* III. Id etiam adfert, quod Regule textui nostro insertæ, diei scilicet primæ Januarii 1624. in dubio sit inherendum, donec probetur exceptio; presertim cum teste Blumio *Processus Camtit. 28. §. 19.* terminus in sine omni exceptione universaliter hactenus observatus fuerit, observantia autem optima legis interpres merito habeatur, *dicit. sect. III. § 2. pag. 20.*

VI. *Quarti* argumenti vicem præstat, quod in *eadem*, quam jam nominavimus, *Sectiōne §. 2. pag. 20.* legitur: Nimurum in Conventu Osnabrugensi de omnibus & singulis bonis Ecclesiasticis, quæ Ecclesia Romano-Catholica restituī sibi optaverit, tractatum, & hanc de iisdem latam ex conventione legem esse, ut omnia iis omnibus & singulis Electoribus, Principibus & Statibus relinquenterunt, qui i. Januar. 1624. in reali eorum possessione fuerint. Atqui, subsumit Adversarius, bona ea, quæ Status Protestantes ex alterius Protestantis territorio petunt, sunt ea, quæ Catholica Ecclesia repeteret voluit; Ergo iis ea relinquantur quiete, qui dicto die & anno in reali eorum possessione fuerunt. V. Magna iustitia Eideū viderit, si Protestantes uno ore petitissent talem terminum univeralem, ad quem omnia, quæcumque circa bona Ecclesiastica obtinere debeant, redigenda sint, & tamen inter se ī illum ipsum terminum agnoscere nolint: cum summa exigat æquitas, nemoque existere posſit, qui adspernetur idem jus sibi dici, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit, juxta ver-

VI. ba Ulpiani in l. i. D. quod quisque Iuris in alter. cit. Sed. III. §. 2.
pag. 21. Præterea VI. possessoris conditionem in dubio semper
meliorem, & pro eo interpretationem faciendam esse, ait, præ-
sertim cum per possessionem in statuto illo decretali termino ha-
bitam, jus possessori, præcipue si territorii fuerit Dominus, in
bona, quæ olim ad Eccleiam Catholicam pertinuere, pre illo,
qui ea dicto tempore non possedit, quæsitum sit. cit. sed. §. 3. pag.

VII. 22. Addit VII. Quia hæc, quæ tinguntur, litium inter Protestantes
ipsoſ, circa bona Ecclesiastica ortarum, differentia, ab iis inter
Protestantes & Catholicos motis, si ulla unquam fuerit, aut esse
potuerit, Paciscentibus nequieritur esse incognita, ideo sine omni
difficultate in ipso Pacis Instrumento, tanta composito cura, vel
unico verbo indicari eandem potuisse, quod tamen factum ibi-
dem neutiquam sit. did. §. 3 pag. 22. & seq.

VIII. VII. Quin & magna invidiam VIII. interpretatur Anta-
gonista, did. sed. III. §. 10. Principi ac Domino in cuius territo-
rio talia bona sita sint, non concedere velle beneficium legis no-
stra Pragmaticæ, cum & præter ejus respectum nullius magis
quam hujus Principis interfit, ut bona hæc rite administrentur,
in cuius præjudicium tamen in manum mortuam, omnis vicissi-
tudinis expertem, translata sint, quem & hæc translatio juribus
suis privet. IX. Omnia hæc eo minus dubia futura esse, con-
tentit, si Protestantium inter se dissensiones a Forstnero memoratæ,
quas in Conventu Osnabrugensi agitaverint, simul & illud con-
sideretur, quod Reformata Religio ab Augustana Confessione
adeo differat, ut ipsum Pacis Instrumentum Artic. VII. §. 1. Evan-
gelicos duas inter se partes constitutere dicat. d. Cap. III. sed. III.

X. §. 11. pag. 31. Hinc & X. hoc possessionis principium in cit. Art.
VII. adeo extensum esse, ait, ut etiamfi Evangelicus territori
Dominus vel mutaret Religionem, vel quoconque modo tale nan-
cisceretur territorum, in quo alterius partis sacra vigent, tamen
ei fas non sit, vel publicum Religionis exercitium, leges aut
Constitutiones Ecclesiasticas hactenus ibi receptas immutare, aut
eo pertinentes reditus, pensiones & stipendia prioribus adimere,
aut
fuorumque sacrorum hominibus applicare. Si autem ne terri-
torii

torii quidem Domino tale quid in proprio liceat territorio, quis ausurus sit afferere, Evangelicum Statum posse etiam ex alieno territorio illos redditus petere, quos ne quidem in termino illo decretali possederit. *did, loc. pag. 32.*

HX. Hæc igitur momenta, hæ rationes illæ sunt, quibus velut orci galea se suamque sententiam tueri nittitur Adversarius, sed quantocunque etiam labore & industria conquisitæ, sicutneæ profecto omnes, & unde causæ nostræ nullum prorsus prejudicium imminet. Nec metuendum, ut opinor, erit, ne apud cordatos vel applausum vel assensum inveniant, quandoquidem ita comparate sunt, ut nullo negotio refelli omnes & dissipari queant: Id quod *tertia hujus Capitis sectione* platum faciemus.

SECTIO II.

Qua rationes & argumenta pro stabilienda sententia negativa adducuntur, & ab exceptionibus Adversarii vindicantur.

MEMBRUM I.

Argumenta generalia continens.

COMPENDIA.

IX. Prolixitatem quoad fieri potest vitaturum se spondei, necessariam deprecatur Autor.

X. Primum pro sententia negante, ex concessa ab Adversario hypothesi, argumentum: *lites quas circa bona redditusque Ecclesiasticos Status Imp. Protestantes inter se exercent, sub amnestia comprehendi non posse.*

XI. (2.) Ex Artic. 3. J.P. Protestantes Imp. Status super bonis

reditibusq; Ecclesiasticis litigantes nihil damni occasione Bohemiae Germaniæque motuum passos, adeoque restitutionis ex capite Amnestie capaces non esse.

XII. Præstationum, in eruenda legislatoris partiumq; paciscentium mente, insigni uilitate offensa, Articuli V. J. P. Primum partiiè proponitur, & via inde necuntur argumenta.

XIII. (3) Argumentum Litigia

1810 De Redit. Eccles. ex alieno territ. inter Protest.

gria protestantium Imp. Statuum circa bona redditusque Ecclesiasticos inter gravamina Artic. V. J. P. decisum, nuspianum relata esse.

XIV. (4) Per utriusque Religionis Status, quorum Ecclesiastica gravamina Art. V. J. P. decisum sunt, non alii queunt intelligi, quam A.C. socii ab una, & Catholici ab altera parte.

XV. Idem comprobatur ex historia tractatum pacis Westphal. & Actorum publicorum fidei.

XVI. Præfertim ex Propositione Svecorum, & Legatorum Casareorum ad eandem Responsione.

XVII. (5) Controversiae inter Protestantes nonnullos Imp. Status circa bona redditusque Ecclesiasticos bello Germanico minime fuerunt implicate, tantum obest, ut causam vel occasionem eidem dedisse dici queant.

XIX. Objetio Adversarii: Omnes omnino circa bona Ecclesiastica inter omnes & singulos Imp. Status motas lites in Artic. V. J. P. decisas, afferentis, diluitur.

XIX. Respondetur adductio ab Eodem contra precedens proxime argumentum præjudicio.

XX. (6) Ex §. I. Artic. V. J. P. argumentum: Non de aliis Imp.

Statibus in eodem, velut lege declarante, agi, quam de quibus agum fuit in lege declarata, Transactione nimurum Passav. & Pace Religiosa,

XXI. Id quod etiam confirmatur ex historia & Pacificationis Westphal. Artis.

XXII. (7) Ex §. II. Art. V. juncto Artic. VII. J. P. Status Imp. de quibus Artic. V. J. P. agit, restituuntur cassatis omnibus sententiis, transactionibus, patiis &c. que omnia salva manent in restitutione Statuum Protestantium inter se super bonis Ecclesiasticis litigantium.

XXIII. (8) Eorundem Statuum restitutione ex capite Amnestiae aut Gravaminum, sed aliunde procedit, cui nullum adeo præjudicium creare debet terminus anni 1624. in Art. V. J. P. constitutus.

XXIV. (9) Argumentum: In Causis Statuum Imp. Protestantium, inter se super bonis redditibus que Ecclesiasticis, controvertentium, non opus esse paritate Assessorum utriusque Religionis, que tamen in controversiis inter partes, de quibus Articulus V. J. P. agit, ortis, præcisè & semper requiriuntur.

IX. L.

IX.

Licet autem putidum fortè nonnullis videatur, pro illa multis argumentis adstruenda laborare velle sententia, quæ totidem penè verbis in ipsis Pacis tabulis expressa legitur, adeo etiam, ut nemo facilè, cui vacuus à partium studio animus est, eidem refragari queat, dabitur tamen hoc nobis, ut spero, à cordatis, ut si quorundam fortassis opinione justo sollicitius aut prolixius versati circa hanc rem fuerimus, id ceu unius veritatis tuendæ, & ab inanibus quibusque, quas Adversarius adserit, exceptionibus vindicandæ studio factum, benigne interpretentur; qui de cætero id, quoad fieri potest, præstituros nos pollicemur, ne in supervacanciis diutius hærentes, aut in plane leviculis etiam, quibus contraria sententia innititur, rationibus enarrandis diluendisque nimiam operam ponentes, Lectorum nos patientiæ in re manifesta omnibusque ob oculos posita abusos esse, jure meritoque argui possimus. Quo etiam intuitu unice factum, ut complura alia, quæ confutandis è fortius erroribus, eliminandisque pravis legum interpretamentis quibusque aliis, in medium proferri adhuc poterant, prolixitatis tamen tædio nunc præterita consultaque omisſa sint.

X. Ut ergo ab ovo, quod dicitur, rem arcessamus, postquam in *Articulo I. Instrumenti Pacis Osnabrugensis* pax universalis veraque & sincera amicitia generalibus verbis inter partes pacientes stabilitas est, mox in *Articulo II.* oblivio perpetua & amnestia omnium hostilitatum rerumque anteaëtarum abolitio sancita legitur. Cum verò ipse, quocum res nobis nunc est, Adversarius, non modo litigia in negotiis & causis Ecclesiasticis haðenus agitata, ad exemplum Trafybuli per hanc *Amnestię legem, ceu medium adequatum*, in *Pacificatione Osnabrugensi* decisa, sed & terminum Anni 1624. i. Jan. componendis illis controversiis, vi- gore ejusdem Amnestię à *Pacificationibus* præfinitum esse, *Cap. III. Dissert. Sect. 2. §. 2. pag. 17.* diserte fateatur, ideo in ipsam Amnestię naturam nonnihil inquirere, indeque primum atque validissimum pro firmanda nostra sententia argumentum depromere libet. Sanè enim hoc ex concessis per *Adversarium hypotheses* Argumen-

argumentandi genus firmissimum esse, non modo recta ratio, sed & omnium Philosophorum consensus, & à tot retro seculis ad nos derivata consuetudo abunde ostendit. Vid. Dannhauer. *Idea Boni Disputat. Sec. I. Artic. VII. §. 22.* Jure-Consulti verò quantum his etiam, quæ ad hominem diriguntur, argumentis tribuant, neminem facile latere potest, qui quanta confessionis in Jure auctoritas sit, non ignorat. Qui enim suis telis confodiuntur, illi exclamare profectò necesse habent: οὐεῖσθαι πτεροῖς βαλόμεδα, propriis pennis ferimur. Cum ergo vigore Amnestia perpetua oblivio omnium eorum, quæ ab initio horum (Germany scil. ut ex anterioribus repetendum est) motuum quocunque loco modove ab una vel altera parte ulro citroque HOSTILITER facta sunt, in Art. II. fancita sit, & de cætero etiam inter omnes constet, quod Amnestia objectum non nisi facta hostilia proprie constituant, tuto utique hinc colligere licet, quoniam Ordines Imperii Protestantes nullas haçenus inter se hostilitates ratione bonorum reddituumve Ecclesiasticorum, saltem quæ tales, exercere, quod & controversiae illorum & negotia, de quibus forte invicem disceptarunt, ad Amnestiam propriè non spectent. Plane enim quæcunque non sunt ab hoste, aut certe non tanquam ab hoste, ea ad Amnestiam non pertinere in confessio est. Porro cum ex antecedentibus etiam id appareat, quod Amnestia ad ejusmodi negotia restrinatur, quæ bellicis illis Germaniæ moribus quodammodo implicata atq; connexa fuere, idemque & Cæsarei Legati in *Duplica* sua, ut vocant, d. 21. April. Anno 1646. in Conventu Osnabrugensi Svecis exhibita affirmaverint, verbis exfertis, *Amnestiam ad solos casus & causas belli pertinere*, apud Samuel. Pufendorff. Lib. XVIII. nobilissimi operis, quod sub titulo *Commentariorum de Rebus Svecicis &c.* nuperrime publicavit §. 95. pag. 644. b & Londorpium *Actor. Public. Tom. V.* Lib. II. Cap. 120. pag. 1082. Conf. Schuz. vol. II. Colleg. Publ. D. 13. th. 6. lit. f. & g. & vero ex ipsa Germanici belli historia satis certum sit, controversias quæ super bonis redditibusve Ecclesiasticis inter Protestantes Imperii Status forte agitate sunt, materiam an samque funestissimo illi bello, quod Germaniam diu multumque exer-

exercuit, neutiquam deditio, neque majori jure partem aut causam eorum motuum dici posse, quam lites quascunque alias, quas etiam de secularibus fortasse causis hi Ordines tunc temporis inter se habebant, ideo etiam oppido manifestum exinde fit, quod haec Protestantium Imperii Statuum cause atque controversiae extra objectum Amnestiae prorsus constituantur, neque adeo ista, tanquam medio adaequato totius circa bona Ecclesiastica eorumque redditus transactionis, deficiente, sub hac comprehendendi queant. Quae haec tenus dissertata, si confuta & in Scholis praesertim usitata formula quis concludere vellet, pro collabefactanda contraria sententia & interpretatione, argumentari hunc in modum posset: Quaecunque lites nullo modo comprehenduntur sub Amnestia, de iis etiam affirmari non potest, quod vigore Amnestiae ita in *Articulo V. I.P.* transactae compositae sint, ut ex possessione Anni 1624. i. Januar. post hac aestimari unice debeant. Atqui: lites illae, quas Protestantes Imperii Status de bonis Ecclesiasticis eorumque redditibus forte inter se vocebant, nullo plane modo comprehenduntur sub Amnestia: Ergo de litis illis, quas &c. affirmari non potest, quod vigore Amnestiae in *Artic. V. I.P.*, ita transactae compositae sint, ut ex possessione Anni 1624. i. Januar. post hac aestimari unice debeant.

XI. Sed progredendum est, & eo quidem ordine quem ipsa Tabularum Pacis series nobis designat, ad *Articulum* scilicet eorum III. quo restitutio ex capite Amnestiae continetur, & his verbis §. i. sancitur: *Luxta hoc universalis & illimitata Amnestiae fundamentum, universi & singuli sacri Romani Imperii Electores, Principes, Status, (comprehensa immediata Imperii Nobilitate) eorumque Vasallis, subditi, cives, incolae, quibus occasione Bohemiae Germaniae motum, vel foederum hinc inde contractorum, ab una vel altera parte aliquid præjudici vel damni quounque modo vel prætextu illatum est, tam quoad ditiones & bona feudalia, subfeudalia & allodialia, quam quoad dignitates, immunitates & Privilegia restituti sunt plenarie &c.* Ex quibus verbis de subiecto restitutionis hujus capaci, & quinam compotes ejus fieri debeant, nec ne, liquido constat: nimurum non nisi ad

Argumen-
tum II.

ad eos restitucionem hanc pertinere, quibus occasione Bohemiae Germaniae motuum aliquid prejudicium aut damni illatum est, non modo ex ipsis legis verbis, iisque quae superius a nobis jam disserata fuere, & ex singularibus juxta hanc regulam restituendorum, inque subsequenti *Articulo IV.* enumeratorum exemplis, abunde elucet, sed & ipsa Amnestia natura amplius idem confirmat. In confessio namque apud omnes est, quod Amnestia spectet partes discordantes, vel per tumultum & consternationem, vel per seditionem, vel per bellum intestinum seu civile. Vid. Boecler. de *Amnestia* cap. 2. inter *Dissertat. Academ.* pag. 597. & Felingher. *Dissert. politic.* ejusdem argumenti, th. 6. Ubi autem cessat Amnestia, ibi etiam restitucionem ex capite Amnestiae cessare, omnino necesse est. Quia si ad rem praesentem, & Protestantes Imperii Status, super bonis Ecclesiasticis eorumque redditibus inter se litigantes applicentur, nemo, opinor, in Germanici illius belli historia tam erit hospes, quin facile concescerit, Protestantibus Imperii Ordinibus, quatenus inter se circa bona Ecclesiastica eorumque reditus controversantur, adeoque hoc ipso respectu, nihil omnino ratione Bohemiae Germaniae motuum damni aut prejudicium datum illatumque esse; ut ulteriori huic rei probatione merito supersedere possimus. Nisi quod illud denuo verbisque disertis inculcandum heic sit, loqui nos de Protestantibus Imp. Stat. inter se litigantibus qua talibus; nam alias sicut fieri utique potuit, ita factum re ipsa esse, nos inficias haud imus, ut ex his ipsis nonnulli alio intuitu motibus illis fuerint implicati, quod huc non pertinet. Non pigrabimur autem istam quoque ratiocinationem, quo major ejus evidenter sit, simili, qua precedentem, forma proponere, & ita ex concessâ ac Adversario hypothesi porro argumentari: De quibusunque Imperii Statibus asseri non potest, quod occasione Bohemiae Germaniae motuum, vel feederum hinc inde contractorum, aliquid prejudicium aut damni eis illatum sit, illi & restitutiois ex capite Amnestie capaces non sunt, & consequenter terminus quoque Anni 1624. i. Januar. componendis litibus Ecclesiasticis in *Artic. V.* præfinitus, inter eosdem & in causis eorum atque controversiis Ecclesia-

clesiaſtīcīs locum habere non potest. *Atqui*: De Statibus Imperii Protestantibus, qui forte inter ſe ſuper bonis redditibusque Eccleſiaſtīcīs lite decertant, *qua talibus*, afferi non potest, quod occaſione horum, quos diximus, motuum, damni aut prejūdicii quid illis illatum fit. *Ergo*: Status Imp. Protestantes qui forte inter ſe ſuper bonis redditibusque Eccleſiaſtīcīs lite decertant, *qua tales*, reſtitutionis ex capite Amneſtiae capaces non ſunt, & conſequenter terminus quoque Anni 1624. i. Januar, inter eosdem & in cauſis eorum atque controverſiis Eccleſiaſtīcīs locum habere non potest.

XII. Nunc ut ad iſum Articulum V. perveniamus, in eo verba initialia ante omnia eo diligentius expendenda ſunt, quod non modo Transigentes mentem ſuam, ſuper negotiis cauſisque Eccleſiaſtīcīs hic deciſis, in genere iisdem expoſuerint, ſed & totius Articuli ſumman paucis verbis ibidem ſint complexi. Nimirum argumentum tractationis univerſum panditur heic & dilucidē proponitur. Quare cum nunquam non materia, de qua ferro instituitur, animo loquentis obverſari prafumatur, ideo verborum quoque ſententia ad eandem ſemper attemperanda erit, ſicut pōft Grotium lib. II. de J. B. & P. cap. 16. §. 24. rectē monuit Pufendorfius de officio hominis & Civ. lib. I. cap. 17. §. 5. Et notum alias quoque eſt, quantum ad veram legiſlatori partiumque paciſcentium mentem iuſtiſigandam conducere ceneſant JCri noſtri, fi ea, que prafationis loco pāctis atque ſanctionibus ejusmodi ſolent premitti, diligenter exectiantur; adeo ut & ipfe adverſe diſſertationis Auſtor nobiſcum hac in parte conſentiat, quando cap. 2. §. 4. pag. 11. quæ in prafationibus premittuntur, ea non modo in ſequentiibus repetita ceneſari per l. 143. §. 1. de verb. Oblig. ſed & mentem legis explicare, d. l. 134. §. 2. l. fin. de bared. iuſſit. affirmat, & ad id Knipſchilli etiam teſtimonio uitetur de Civit. Imp. lib. 2. cap. 3. num. 45. ibique allegat, quibus etiam ſuffragatur Guilielm. Antoni de Reſcript. Mavor. tit. IX. conclus. 66. num. 101. ſeqq. Ut autem fidem dicto eo melius adſtruamus, inque rem prefentem, remotis ambagibus, veniamus, iſum nunc proœmium atque prafationem, quæ Articu-

ticulo V. Instrumenti Pacis præmissa legitur, totidem verbis inservimus. Cum autem præsenti bello magnam partem gravamina, que inter viriusque Religionis Electores, Principes & Status Imperii vertebantur, causam & occasionem dederint, DE IIS, prout sequitur, conventum & transactum est. Heic ergo postquam (1) mentio gravaminum facta, & quidem (2) talium, que inter viriusque Religionis Electores, Principes, & Status Imperii vertebantur, & (3) quoque admonitus est, quod isthac, que diximus, gravamina magnam partem præsenti bello causam & occasionem dederint, tandem subjicitur, DE IIS, non de aliis, in hoc articulo conventum inter partes transactumque esse. Quæcunque ergo negotia ita comparata non sunt, ut tria hæc, que diximus, de illis affirmari possint, de ipsis etiam in hoc Articulo nihil inter partes decisum aut transactum censeretur. Unde jam totidem argumenta pro sufficienda nostra sententia subnoscuntur, que justa nunc serie proponeamus.

Argumentum III. XIII. Nimirum quæcunque Ordinum Imperii litigia & controversiae non connumeratae fuerunt illis, quorum jam requisita narravimus & conditions, gravaminibus, de iis etiam nihil in *Articulo V. Instrum. Pacis* decisum est, sicut ex initialibus illis verbis evidenterissimè appetet. Cum enim per totum illum Articulum nihil aliud quam de restituzione ex capite gravaminum (illorum scil. de quibus in Conventu Osnabrugensi inter partes actum quondam fuit) tractetur, necessum utique est, ubi gravamina ejusmodi cessant, cessare quoque ex capite gravaminum factam restitutionem. Quam ipsam argumentandi rationem, ne ex cerebello nostro eandem profluxisse quis cavilletur, secutus etiam fuit Elector Brandenburgicus in Mansfeldo, ut vocant, *Anno 1651 contra Ducem Neoburgensem publicato*, ubi haec leguntur verba: *dass die Friedens-Tractaten die Conventionen des Jahres 1647 nicht aufheben können / weil nemlich die gravamina Religionis in den Gülgischen Landen zu den GRAVAMINIBUS IMPERII nie gehörig gewesen / auch zu dem Krieg in dem Römischen Reich keine Waffen gegeben / und also duplixi ratione per generalem dispositionem super gravaminibus Imperii ihre Erledigung nicht haben können apud*

pud Londorpium Tom. VI, lib. IV, cap. 149, pag. 623. a. Et sancum ex gravaminibus illis Ecclesiasticis, mutuo inter partes disceptatis, hic ipse J. P. *Articulus concinnatus & compositus fuerit*, sicut ex Actis Publicis Pacisque Westphalicae historia constare satis superque potest, & nos ipsi de locis hujus Articuli in controversiam vocatis aperte & luculenter infra §. 26. & seqq. demonstrabimus, quis neget, quæ tum temporis inter Ecclesiastica illa gravamina relata non fuere, de illis etiam in hoc Articulo nihil decisum transactumque esse? Jam vero inter gravamina illa, unanimi omnium Evangelicorum Statuum consensu in Panegyri Osnabrugensi proposita, illorum bonorum & reddituum, aliarumque caufarum Ecclesiasticarum, de quibus forte Protestantes Imperii Ordines tum temporis inter se litigabant, mentio facta nunquam est. Quare non potest non sequi, ejusmodi litigia sub dispositione hujus *Articuli V. comprehensa etiam non esse.*

XIV. Et ne quis dubio supersit locus, disertè adjicitur in Argumen-
præliminaribus illis Pacificatoriaæ Sanctionis verbis, de iis grava-^{tum IV.}
minibus hoc Articulo transactum esse inter pacifcentes, que in-
ter UTRIUSQUE Religionis Electores, Principes, & Status Imperii
vertebantur; unde novum rursus, idque solidum plane, pro sta-
bilienda causa nostra firmamentum mutuari licebit. Cum enim
per hos utriusque Religionis Status, inter quos gravamina illa
Ecclesiastica diu multumque agitata, & tandem per transactio-
nem hanc decisa sunt, non plures, neque alii quam Augustane
Confessionis socii ab una, & Catholici ab altera parte intelligi pos-
sint, eò ipso sancæ causa illa & controversiæ, de quibus Prote-
stantes nonnulli, sive Augustanae, quam invariataam vocant, Con-
fessioni utraque pars eorum addicta, sive Reformatorum sacra
altera secuta fuerit, inter se forte disceptabant, à dispositione
hujus Articuli omnino excluduntur. Plures verò intelligi non
posse verbum utriusque, non nisi ad duas partes relationem ha-
bens, (Vid. Artic. V. J. P. §. XIX. num. 52.) abunde probat, pro
quo facile scilicet Cujusque ponere potuissent pacifcentes, si alia
corum mens fuisse. Sed nec alios quam quos jam nominavimus

heic designati, non minus apertum est. Aut enim per hos *uriusque Religionis Status*, Protestantes inter se, Evangelici nimirum & Reformati, aut Protestantes quatenus cum Catholicis collidunt super causis Ecclesiasticis, intelligendi sunt. Prius asseri ideo nequit, quod non tantum Augustanæ quidem Confessionis Socii Catholicis passim & disertis verbis, nunquam vero Reformati & Evangelici, de litigiis ratione causarum bonorumque Ecclesiasticorum haec tenus agitatorum, nunc inter se transientes, in toto hoc *Articulo V.* invicem opponantur; sed & quod hinc, de illis saltem Irribus quibus Evangelici nonnulli & Reformati in causis Ecclesiasticis forte collisi fuere, de gravissimis autem illis & maximi momenti controversiis, quas Catholici cum Augustanæ Confessionis Ordinibus, & stylo & armis haec tenus disceptaverant, quæque bellicorum horum motuum pars & causa fuerunt, nihil planè actum, nihil in Pacificatione hac decisum fuisse, sequeretur. Quod uti *άτοκον* est, ipsiusque Adversarii menti, & expressis Pacificatoriæ legis verbis repugnat, ita nihil reliquum est, quo manifestam hanc absurditatem liceat evitare, quam si tantum de *Statibus Imperii Protestantibus*, non inter se, sed cum *Catholicis* hac de re contendentibus, initam hanc in Ecclesiasticis causis conventionem exaudiamus.

XV. Et in quascunque demum partes se vertat Adversarius, his profecto tricis se nunquam poterit expedire, nisi nostram hanc amplectantur sententiam, & ipsa scilicet tractatum Pacis Westphalicae historiâ, & rerum ibidem actarum fide eximiè comprobatam. Executiantur enim Commentarii Publici, Acta, Libelli, Gravamina, Postulata, inter partes pacifcentes tum temporis in causis Ecclesiasticis agitata: quorum omnium sicut vel ideo magna heic debet esse auctoritas, quoniam in interpretandis conventionibus ad id semper, quod actum inter partes fuit, respiciendum est, id vero altitude quam ex his rectius constare haud potest; ita facile ex illis apparebit, neutiquam ab *Evangelicis* contra Reformatos, & vicissim ab his, contra illos, sed ab *Evangelicis* contra *Catholicos*, & à *Catholicis* contra *Evangelicos*, unanimi partium consensu gravamina, que vocant, mutuo exhibita, deque illis tamdiu inter hos actum disceptatumque fuisse, donec hinc

hinc & inde, ut fieri in transactionibus plerumque solet, aliquid remittendo, in has tandem, quæ in *Artic. V.* hodie descriptæ leguntur, leges, conventum inter pacientes esset. Unde manifestum est, ad eos qui nullam sibi tunc super bonis Ecclesiasticis eorumque redditibus litem in Conventu illo Pacificatorio intentaverunt, fecutam etiam transactionem, quippe inter *litigantes* tantum, ut iterum id inculcemos, de his negotiis initiam, spectare plane non posse. Fingamus enim, alicui ex Protestantibus Imperii Ordinibus, postquam aliorum Protestantium Statuum, in suo quidem territorio sita, Ecclesiastica bona, eo forte obtenuit, quod eadem pridem vacare cooperint, aut nefcio quo alio in speciem conficto titulo, haud aliter scilicet ac apud Tacitum XIV. *Annal. 18. Regis Apionis quondam habitos, & Populo Romano cum regno relictos agros proximus quisque possessor invaserant, occupavit*, actionem eo nomine motam in foro fuisse; nunquid has lites, quæ in Judicio haec tenus ex Jure communi agitatæ, & Anno 1624. non minus, quam Anno 1648. indecisæ manferant, per dispositionem Articuli V. sublatas, injustoque huic possessori atque invasori, die 1. Januarii Anno 1624. in possessione fortè constituto, bona illa Ecclesiastica adjudicata dicemus? Minimè verò gentium, id enim pacientibus ne per somnium quidem in mentem venit, non magis scilicet, quam ut ceteræ quoque lites, quæ vel inter Evangelicos ipsos, vel inter Evangelicos & Reformatos, de quibuscumque negotiis aliis ex Jure communi haec tenus fuerunt disceptatae, facta hac Transactione antiquarentur.

XVI. Possumus verò dicta etiam inde amplius firmari, quod cum super mediis reducendæ Pacis inter Cæsareos Svecosque in Conventu Osnabrugensi consultaretur, & ad Ecclesiastica bona per ventum esset, de illis tantum litibus & dissidiis componendis, quæ inter *Catholicos & Augustane Confessioni addicatos* Imperii Status de bonis aliisque causis Ecclesiasticis haec tenus fuerunt agitata, mentio facta fuerit. His enim verbis mentem suam in *Propositione anno 1645. ipsis Calendis Jun. Cæsareis exhibita*, quamque secuta postea negotiationis fundamentum præstitisse, dixerim & notabiliter admonuit Historicus, Sveci super hoc negotio ex-

plicant voluntque, ut quaecunque hacen^{ti}us INTER EVANGELICOS ET CATHOLICO - ROMANOS de Pace Religionis & bonis Ecclesiasticis motæ sunt controversiae, ex communibus utriusque partis consiliis operaque simul cum hoc tractatu absque ulteriore ad alios dilatatione, amicis & eisque & christianis modis ita penitus solideque componantur, ut de vero certoque intellectu dictæ Pacis Religiose nullum amplius superfit dubium, ut pluribus cognosci potest ex ipsa Propositionis formula, quam conceptis verbis ex Archivo Regio novissimè exhibet Samuel Pufendorf. I. XVII. Rer. Svecicar. §. 68. p. 581. b. Neque alia mens hac de re fuit Casareorum Legatorum, sicut ex Eorum d. 17. Sept. ejusdem Anni 1645. oblata Responsonie itidem intelligi potest, apud Auctorem Historia Pacis Westphalicae lib. II. num. 28 pag. 125. editionis secundæ, & jam laudatum Pufendorfum d. I. §. 83. pag. 590. b. cuius auctoritatem eo minus defugere poterit noster, quod ejusmodi Historiographos, qui publica autoritate, arte historica, Actis & Documentis publicis instruti (quæ omnia in Pufendorfio simul reperiri, ex præfixa splendidissimo Operi præfatione, totiusque ejus structura & contextu abunde liquet) inscripsere, plenam fidem facere ipse afferat, cap. IV. Dissert. Suæ §. 9.

Argumen-
tum V. XVII. Denique cum in præfatione illa quæ Articulo V. I. P. præmissa legitur, etiam id expressum sit, Gravamina Statuum quæ præsenti bello magnam partem causam & occasionem dederint, in eodem decisa esse, & vero nemini non, qui patriarchum rerum actorumque in Germania vel modice peritus est, satis superque constet, quod controversiae inter Protestantes nonnullos Imperii Status circa causas bonaqua Ecclesiastica forte agitatæ, bello Germanico minime fuerint implicatae, ideo firmissime hinc rursus concludere licet, quod eadem quoque per sanctionem Instrumentum Pacis in hoc Artic. V. neutriquam decisæ & compositæ sint. Et tali etiam argumento in simili fere casu quondam usus fuit Elector Brandenburgicus, Cujus hac de re verba jam supra §. 13. produximus. Eodem pertinet, quod Comes Palatinus, qui summam militiae Svecicæ Praefecturam tum temporis gerebat, (Generalissimum appellant) in literis ad Elec^{tor}em Moguntinum anno

Anno 1649, d. 5. Decembr. exaratis, punctum restitutionis ex capite Amnestiae & Gravaminum originem belli & fundamentum pacis diserte vocet, apud Londorp. Tom. VI, lib. IV, cap. 123, pag. 564. a. & pag. 565. a. quo nec abludit Svecorum Legatus Oxenstierna, in Protestatione Collegio Deputatorum Norimbergæ exhibita, ubi hæc habentur: besagte restitutio ex capitæ Amnestie & Gravatinum (welche doch causa & origo belli gewesen / auch so viel tapfferes Christen-Blut gekosten) &c. ibid. cap. 138. pag. 599. a. Ex quibus uti summa illa necessitudo, qua non minus Gravamina in Pacificatione postea sopia & sublata, quam ipsa Amnestia, bellicis his turbis intimè connexa fuerunt colligi abunde potest; ita ex adverso de dissensionibus illis circa bona Ecclesiastica eorumque redditus inter Protestantes nonnullos Imperii Status forte vigen-tibus, illud palam est, easdem neutiquam, certe non per se & quatales, funestissimo huic Germaniæ bello fomitem cauillaque pre-buisse. Quo ipso cum evictum nunc satis superque sit, quod tria illa capita, quæ de negotiis causisque Ecclesiasticis per Instrumentum Pacis decisis in preliminaribus Articuli V. verbis junctim affirmantur, ad Ecclesiasticas controversias Statuum Protestantium inter se ne quidem separatim applicari possint, ideo conjunctim sumta locum in iisdem multo minus habebunt; id quod tamen adeo necessarium erat, ut vel unico horum requisitorum deficiente, afferi citra veritatis præjudicium aut defendi nequeat, lites illas & controversias sub dispositione Instrumenti Pacis comprehensas, aut in Artic. V. de iisdem quicquam statutum conventumque esse.

XIX. Antequam vero hinc abeamus, non incongruum, puto, fuerit, ea hoc loco removere, quibus adductum jam a nobis argumentum infringere laborat Adversarius, qui cap. II. Dissert. §. 4. id, nisi fallor, probare contendit, quod licet forte nonnulli possessionem Ecclesiasticorum horum reddituum, qui ex alieno territorio debentur, neutiquam occasione belli, sed alio quocunque tirulo consecuti sint, si tamen d. 1. Januarii Anno 1624. posse esse deprehendantur, illorum non minus quam quorumvis alio

rum

Objectio
Adversa-
rii.

Duplici
ratione
munita.

Remove-
tur.

rum possessionem per sanctionem Instrumenti Pacis robora-
tam censeri. Quam etiam in rem duplici hac ratione utitur :
Cum quod ea partium transigentium & paciscentium mens fue-
rit scopusque primarius, ut omnes & singulæ circa bona Eccle-
siastica, inter omnes & singulos Status Imperii mota lites termi-
narentur & deciderentur, sicut in *Prefatione Articuli V.* abunde
testati sint, *tum* etiam, quod eadem sententia peculiari quodan-
rei judicatae exemplo reperiatur munita. Enimvero si hæc Ipsius
mens est, terminum i. Januarii Anni 1624. ex Sanctione Instrumen-
ti Pacis in Controversiis Ecclesiasticis, etiam illorum Imperii Sta-
tuum, observari debere, qui bonorum reddituumque Ecclesiastici-
corum possessionem nec tempore aut occasione hujus belli con-
secuti, neque hac ratione eadem deturbati sunt, quorumque li-
tes, etiam quas circa hæc bona vel tum, vel alio quovis tempore
cum aliis agitavere, ita comparatas constat, ut bellicis hisce mo-
tibus nulla unquam ratione implicate connexaque fuerint, in-
deque nec causam nec occasionem huic bello præbuisse queant
censores, si hunc, inquam, casum, cum illa scriberet, cogitavit Dis-
ferrator, fallitur profecto impense; siquidem vel ex ipsa illa *Ar-*
ticulo V. Instrumenti Pacis præmissa *præfatione* satis jam abunde-
que evictum a nobis in antecedentibus est, nonnisi illa dissidia &
gravamina heic decisæ esse, qua præsenti tum bello causam oc-
casionemque dederunt, alia vero omnia, de quibus tale quid af-
firmari non potest, a dispositione hujus Articuli prorsus excludi.
Et si nihil feciùs opinioni sue præfactæ inhærente, quam cede-
re veritati malit Adversarius, qua ratione conciliari eadem pos-
fit cum illis quæ leguntur *Cap. III. Dissert. scđ. 2. §. 2. pag. 17.* vi-
derit ipse.

XIX. Sed nec exemplo illo sive præjudicio, quod diximus,
causam suam satis stabilivit. Præterquam enim, quod nec locum,
nec tempus, nec tribunal, nec Judicem a quo pronunciata fuit
sententia, nec cæteras facti circumstantias satis expresserit, ut di-
judicari exinde posset, an applicare ad nostrum casum id tuto li-
ceat, nec ne ; etiam illud alii fortassis eidem reponerent : re-
rum

rum judicatarum exempla non semper per omnia quadrare , & vix ulla esse quæ in applicatione non claudcent ; quamvis enim idem haud raro videatur casus , plerumque tamen evenire , ut etiam levis aliqua circumstantia jus mutet , sicut pluribus hanc in rem differit Jo. a Sande *præfat. Decision. Friescar. ab init.* cū jung. D. Mauritius , Vir summus , *Dissertat. de Matricula*, ib. 35. Stuck. *Confil. XVII. num. 90.* & *Conf. V. num. 46.* Mev. part. V. *De- cis.* 182. indeque merito reprehendi eos, qui in omnibus quæstionibus præjudicia tantum sequuntur, a Jo. Brunnemanno *Commen- tar. ad l. 12. D. de Offic. Præfid.* præfertim cum usu experientiaque cognitum sit, quod ejusmodi haud raro a Doctoribus, horumque auctoritate nimium confitis Causarum Patronis & litigantibus, producantur sententiae , quæ, si accusatione instituatur inquisitio, vel nullibi postea comparent, vel in pravum tamen & alienum a mente Judicis sensum sive ipsius detortæ deprehenduntur : sicut *il- lud* litigandi cuidam , & ad sententiam a Carpzov. in sententiis adductam provocanti, accidisse , ipse expertus narrat Casp. Zie- glerus, *Oper. de Juribus Majestat. l.l. c. VI. §. 5.* p. 174. hoc autem ce- lebris Cameralium rerum & sententiarum Collectoris Gylmanni notabili exemplo probat Goldastus *Replicat. pro Imperio*, adver- sus *Gretserum*, Cap. XI. pag. 105. annotat. lit. b. Adeo ut advoca- tionis indoctæ specimen haberi, ab exemplis & præjudiciis opem petere, & ubi jura non suppetunt, dicere, *ita judicatum esse*, post Boetium alias scribat Chemnitius inter *Confil.* Brunnemanni *ultim. num. 291.* Et notum alias quoque est, quid de Cameralium præjudiciorum, uti vulgo vocant, auctoritate plerique JCTi pa- sim sentiant; certe vim legis eadem habere, negavit etiam non ita pridem, pluribusq; eam in rem conductis rationibus, & egregiorum JCTorum confusu adstruere laboravit Joh. Deckherrus, *præfat. ad Relat. Camer.* & *Specim. Comment. de Reb. Cameral.* cap. 8. pag. 57. Manz. *Prælud. bell. Civil. super Cens. parti. II. quest. 9.* pag. 205. seqq. Conf. D. ab Andler. *Jurisprudent. lib. I. tit. 4. part. 2. num. 11.* Fichard. p. 2. *Con- fil. 59. n. 8.* Vultej. Tom. I. *Confil. Marpurg.* 34. n. 53. Cothman. Vol. I. *Resp. 13. n. 124.* Muscul. *de Succession. Convention. Clasf. 1. membr. 2. Concl. 5. lit. D.* pag. m. 94. seq. hisque allegat. plures, & de rerum M (10) judica-

judicatarum autoritate in universum Arthur. Duck. *de usu & au-
torit. Jur. Civ. in Domin. Princip. Christian. in Conclus. lib. i.* Quæ
 quidem ita disertari, & reponi satis fortassis valide possent illi
 prejudicio, quod adeo sine die & Confuse, nullaque penitus cir-
 cumstantiarum habita ratione profertur; Verum non opus est,
 ut eo nunc configiamus: Siquidem vel ipsum illud contra nos
 producūm exemplum, si diligentius expendatur, sententia no-
 stræ neutiquam obstatre deprehenditur. Summa namque ejus
 hæc est: Jesuitas in Comitatu Lippiano restitutionem bonorum
 Ecclesiasticorum, iis quibus per possessionem dicti termini 1624.
 competebant, hoc prætextu denegasse, quia non vi belli, sed per
 legatum eandem nocti sint, sed non attente ista exceptione, omnia
 bona restituere jussos esse. At vero si hoc isto exemplo innui-
 tur, quod ipsi Jesuitæ non vi bellica, sed per legatum posses-
 sionem illorum bonorum nocti sint, eoque argumento causam suam
 tueri laboraverint, tum sane alienum maxime ab hoc loco id esse,
 neque probari exinde, cuius gratia adducitur, quod terminus An-
 ni 1624. etiam ad eos pertinere debeat, qui possessionem extra
 tumultus bellicos quoconque demum titulo adepti sunt, nemo
 non videt: quoniam de ejus qui restituere tenetur, non vero de
 restituendi possessione ejusque titulo in prejudicio isto, hoc qui-
 dem sensu intellecto, unice ageretur. Sin autem de restitu-
 endis eorumque possessione hoc pacto idem exaudiatur, quod ipsi
 qui Anno 1624. d.i. Januar. bona illa possederunt, non vi belli,
 sed per legatum possessionem illam nocti sint, ne sic tamen mul-
 sum id nobis adversabitur. Quid enim, si jam ante Annum 1624.
 & statim sub initium bellicorum Germaniae motuum istis invo-
 luta fuerint Ecclesiastica illa bona, & forte ab ipso illo, qui bel-
 lica tempestate ea occupaverat, aut cui erupta iterum hac ratio-
 ne erant, legati titulo eadem acceperint qui Anno 1624. in pos-
 sessione fuerunt? Quid si hi ipsi possessores post Annum 1624.
 vi bellica, aut saltem occasione horum motuum, bonis atque
 possessionibus istis rursus dejecti fuerint atque deturbati? Suffi-
 cere sane alterutrum etiam horum credendum est, ut Pacis be-
 neficio legatarii isti frui queant, corumque possesio ad tempus
 Anni 1624. ceu præscriptum lege terminum, stricte exigatur di-
 judice-

Judiceurq; Ut enim nupsiam Pacis tabulae positionē belli jure occasione νεναῦcum esse possessorēm præcise heic exposcunt, sed sufficiere haec tenus & quoad hoc requisitum declarant, si ejusmodi sint illa, de quibus controvertitur, bona, quæ vel causam, vel saltem occasionem famosissimo illi Germaniae bello dederint, ita ulterius quid ab eorundem possessoribus exigere, merito nobis religio est. Sed, ut jam diximus, cum nimis abrupte exempli illius sive præjudicij meminerit Adversarius, neque aliunde de facti, quod concernit, circumstantiis quicquam nobis cognitum sit, *incivile autem habeatur, nse tota lege perspecta, una aliqua particula ejus proposita, judicare vel respondere, l. 24. D. de LL.* (quam huc applicata vide apud Nicol. Vallam JCtum Gallum, de Reb. dub. tract. I. n. 6.) plura pro refellendo inde deducto arguento addere, nunc quidem supervacuum ducimus, quod controversia illius gnaris forte non adeo difficile alias futurum effet.

XX. Si porro ad Articuli V. paragraphum I. progrediamur, in limine statim expressis ibidem verbis statutum invenitur, non modo, quod Transactio Passavensis & Pax Religiosa firma rataque esse, & in posterum sancte inviolateque servari debeat; sed & quod illa, quæ de nonnullis in ea Articulis controversis, hac Transactione communi partium placito statuta sunt, ea PRO PERPETUA DECLARATIONE, tam in Judicis quam alibi observanda, haberi debeat, donec per Dei gratiam de religione ipsa convenerit. Unde novum rursus pro firmanda nostra sententia exfurgit argumentum. Cum enim Pace Religiosa, quid inter Catholicos & Augustane Confessionis additios Imperii Status, non autem quid inter Evangelicos ipsos, multoque minus quid inter Evangelicos & Reformatos (de quibus tamen ut invidiosa maxime, ita plane odioſa & superflua merito hodie judicatur disputatio, an sub Pace Religionis fuerint comprehensi, nec ne?) circa sacra juris esse debeat, definatur, indeque etiam a JCtis nonnullis per contractum juratum ab Imperatore & Catholicis cum Evangelice Confessionis Statibus intitum, describi soleat, Maulius tr. de Pac. Religion. tit. i. haud dubie etiam de his ipsis, non de aliis personis rebusve, nisi ubi nominatum aliter conventum expressumque id fuerit, in hoc Arti-

Argumen-
tum VI.

culo V. tractari, firmiter credendum est; eo, quod lex & declaratio legis iisdem terminis contineri, & de uno eodemque subiecto pariter atque objecto, nisi diserte quid mutatum fuerit, agere censeantur: nam & vulgata sunt JCrorum effata, *declaracionem nihil novi inducere, sed quod jam factum est ostendere*, Mantic. de tacit. & ambig. *Convention. lib. I. tit. 16. n. 7.* Gail. *lib. I. Observ. 101. num. ult.* Menoch. *Consil. 753. n. 20.* Legem interpretantem intelligendam esse secundum legem interpretatam, post Quertram *Consil. 45. num. 8.* Zepperus *Cygnosur. legal. cap. 44. n. 21. p. 438.* & alias quoque inter regulas interpretandarum pacis conventionum, & eas quidem quæ frequentioris usus esse solent, numeratur, *quoties relatio fit ad pactum antecedens aut vetus, toties repetitas censeri qualitates aut conditiones priori pacto expressas*, Grot. de *Jure Belli & Pac. lib. 3. cap. I. pag. 20. §. 24.* quam ad rem praesentem applicat D. Rhetius *Differ. de Pace, inter Disputationes Jur. Publ. ordine 9. cap. 5. §. 26.* prout autem nuper in vol. I. *Disp. se- lector. Francof.* recusa comparet, pag. 45. §. 17. Unde & Ulricus Obrechtus, quantum ad bona Ecclesiastica mediata, hanc solum differentiam agnoscit inter Pacem Religiosam & dispositionem Instrumenti Pacis, quod hodie res solum sit mutata quoad *terminum* qui non ad tempus Transactionis Passavientis aut Pacis Religiosæ, sed ad annum 1624. positus sit, *Exposit. Instr. Pac. MSC. ad Artic. V. S. IX. num 26.* & ut eo clarius appareat, ad quos ea Pacis Sacrae, hoc *Articulo V.* comprehensa, declaratio spectare debet, diferte adjicetur, tamdiu illam observandam esse, *donec per Dei gratiam de Religione ipsa convenerit;* unde manifestum oppido est, Pacem Religiosam ejusque in *Articulo Instrum. Pac. V.* factam declarationem, ad illos qui in religione dissidentium unicè pertinere. Absurdum enim utique foret, eos, qui in religione consentiunt, sub lege, religionis inter partes disfidium verbis planisimis presupponente, velle comprehendere. Quod si autem quis objiciat, etiam ipsos Protestantes inter se in religione dissentire, eum ad leges Imperii, Pacem praesertim Religiosam, atque Westphalicae Instrumentum, remittendum censenus, ex quibus liquido cognoscet, quanam religionis discrepancia hoc loco

loco indigitetur, non alia scilicet, nisi ea, que inter Status *Augustana Confessionis & Catholicos*, non autem que inter *ipso Pro-testantes, Evangelicos nimirum & Reformatos*, versatur. Et ne quis dubio supersit locus, ex superioribus *eiusdem §. 1. utriusque Religionis Statuum* mentionem facientibus, & mox, vers. *In reliquis &c. subsequentibus verbis, perspicue fatis colligitur, non de Evangelicis cum Reformatis, sed de iisdem cum Catholicis disceptantibus, declarationem hanc æquè ac ipsam Pacem Religiosam intelligendam esse.* Postquam enim Pacis Religiosæ, ejusque, hoc *Artic. V. comprehensæ, Declarationis observantia utriusque Religionis Statibus §. 1. injuncta commendataque esset, paucis interjectis, subjicitur: In reliquis omnibus inter utriusque Religionis Status æqualitatem exactam mutuamque servandam esse.* Nimirum nota sunt Ordinum *Evangelicorum* passim, & in ipso etiam Osnabrugensi Conventu, susa querimonia, quod in summis Imperii Tribunalibus longe pejori semper loco quam *Catholicici* haec tenus habiti, & difficilem plerumque, haud raro etiam iniquum, in justissima causa sua experti Judicem, eoque non leviter contra Pacis Religiosæ Sanctionem fæpius gravati fuerint. Quibus ut remederentur heic Pacificatores, non tantum Pax Religiosa hoc *Articulo V. confirmata, nova declaratione aucta, omniaque per illam Evangelicis tributa beneficia denuo iisdem asserita, sed & in universum in reliquis, & hac, & illa Pacificatione non expressis, capitibus, mutua inter utriusque Religionis Ordines exactaque æqualitas sancta introductaque est.* Unde abunde jam constat, inter quoscunque Imperii Status illis, quas diximus, querelis locus non fuit, (*fuit autem tantum inter Catholicos & Evangelicos*) de illis quoque hoc *Artic. V. disposita, illamque, cuius mentio eodem fit, Religionis discrepantium intelligi non posse.*

XXI. Et hæc omnia etiam ex illis, que in Osnabrugensi Conventu inter pacificentes acta fuerunt, eleganter comprobari queunt. Cum enim de norma atque regula negotiationis in Ecclesiasticis inter *Catholicos & Evangelicos* Anno 1646. mense Aprili deliberaretur, aperte profesi sunt *Evangelici, ejus vicem, non Constitutiones Ecclesiasticas, non jurata inter Catholicos, que ja-*

etent, siédera, non denique conscientiam illorum, seu Conventionem tantum Passavensem subire posse. Et Catholici quoque, Pacem Augustanam se quoque in vim fundamenti & pro regula tractatum accipere, in Responso suo, paucis post diebus, testabantur, ut pluribus refert Auctor non ignotus Histor. Pacis Westphalicae lib. 3. num. 45. seq. & Sam. Pufendorf. lib. XVIII. Rer. Svecicarum §. 85. pag. 639. b. Quin & potea semel iterumque partes paciscentes, Evangelici presertim, ad hoc fundamentum provocarunt. Ita enim in nova Evangelicorum eodem Anno 1646. exhibita Declaratione, fundamenti statim loco substernitur Transactio Passavensis & Pax Religiosa, cajus perpetua declaratio hicce tractatus esse debeat, apud Pufendorf. dict. lib. XVIII. §. 129. pag. 659. eademque postulata repetuntur quoque in der Evangelischen Stände Vorschlägen zu componitung der Gravaminum, apud Londorp. Tom. VI. lib. 3. cap. 10. num. 3. nec abuentibus Plenipotentiariis Castra reis, in ultima Declaratione sua circa gravamina, apud Londorp. d. 1. cap. 36. num. 2. Et cum Catholici eo ipso Anno 1646. temporariam Ecclesiasticorum bonorum possessionem Evangelicis offerrent, mense Aprili Hi reposuerunt: Pax de Religione eo consilio constitutam esse, ut aeternum duraret, necessum igitur, ut traxatus hi (super causis scil. & bonis Ecclesiasticis instituti) ACCESSIONIS VICEM FUNCTURI, naturam illius sequantur, indeque aeterni quoque & perpetui sint, uti memorat Auctor Histor. Pac. Westphal. lib. III. num. 1.

Argumen-
sum VII. Postquam igitur fundamenti loco ipsa Pax Religiosa huic Articulo V. in ejusdem §. 1. substrata, & provisum insuper atque admonitum esset, quod ea, quae communii partium transigentium confensu in Ecclesiasticis hisce negotiis converta hec & statuta fuerint, pro perpetua illius Pacis declaratione haberi debeat; nunc in secundo, qui statim subjicitur, §. terminus à quo restitutio in Ecclesiasticis, & quae intuitu illorum in Politice mutata sunt, specialiter definitur, diesque prima Januarii anni 1624. constitutetur. Inter quos autem, à quibus, & quo pacto fieri debeat illa restitutio, his verbis expressum est: *Fiat itaque restitutio omnium Electorum, Principum & Statuum utriusque RE-*

LIGA

LITIONIS (per quos Catholicos & Augustane Confessionis Socios intelligendos esse; ex superiorius traditis constat) &c. plenarie & pure, CASSATIS omnibus interim in istiusmodi causis latis, publicatis & institutis sententiis, decretis, transactionibus, pacis seu dedictiis, seu aliis, & executionibus, reductione ad statum dicti Anni diei-que in omnibus facta. Conf. §. IX. hujus Artic. num. 25. ib. non attentis &c. anterioribus aut secuirs pacis generalibus aut speciali- bus transactionibus &c. & que de pacis inter Status Imperii co- rumque subditos quoad exercitium religionis initis, & quatenus ea observari debeant, infra constituta sunt. §. XII. num. 33. Cum ergo ex Sanctionis hujus prescripto, terminus restitutiois Anni 1624. 1. Januar. tam stricte & precise observari debeat, ut decreta, transactiones & pacta, in causis istiusmodi alias inita, planè non attendi sed irrita esse jubeantur; & verò eò loco, ubi de Reformatis juribusque, quibus Protestantes inter se in Ecclesiasticis his- ce causis utuntur, separatum tractatur, Articulo nimirum Instrumenti Pacis VII. aliud longe & illud quidem Pacificatoribus pla- cuerit atque sanctum sit, ut quicquid juris aut beneficij cum o- mnes aliae Constitutiones Imperii, tum Pax Religionis, & publica hec Transactio, in eaque deciso Gravaminum ceteris Catholicis, & Augustane Confessioni additis Statibus & subditis tribuant, id et- iam iis, qui inter illos Reformati vocantur, competere debeat; SAL- vas tamen semper Statuum, qui Protestantes nuncupantur, inter se & cum subditis suis conventis pacis, privilegiis, reversalibus, & di- positionibus aliis, quibus de Religione ejusque exercitio, & inde- pendentibus, cujusque loci Statibus bucusque provisum est, fir- misime profecto hinc concludere licet, quod de aliis Imperii Statibus Articulus VII. de aliis autem superior Articulus V. lo- quatur. Cum enim contradictria esse que hic & illic affirmantur, nemo non videat, impossibile omnino est, ut de uno eodemque subjecto uterque Articulus intelligi possit. Cujus ratiocinii vis & efficacia ut apertius cognoscatur, & in omnium oculos incurrat, in consuetum ordinem id redigemus, & pro adstruenda nostra sententia ita nunc argumentabimur. Quicunque Imperii Status restitutio ex capite Gravaminum quoad causas & bona Eccl.

Ecclesiastica fruuntur, *salvis* semper inter se super Religione indeque dependentibus conventis pacis &c. illi non comprehenduntur sub dispositione *Articuli V. Instr. Pacis*. Atqui, *Protestantes inter se* super bonis Ecclesiasticis eorumque redditibus litigantes fruuntur restitutione ex capite Gravaminum, *salvis* semper &c. E. Protestantes inter se super bonis Ecclesiasticis eorumque redditibus litigantes non comprehenduntur sub dispositione *Articuli V. Instrumenti Pacis*. Et si nihilominus etiam *Protestantium*, quas *inter se* habent, circa bona Ecclesiastica controversias, *hoc Articulo* decidas, adeoque unam eandemque obtinere circa restitutionem in Ecclesiasticis dispositionem, five res agatur inter *Catholicos & Augustana Confessionis Socios*, five *inter hos solos*, asserere quis velit, reddat, queso, is mihi rationem, cur in *Artic. VII. J. P.* separatum tractetur de eo, quod *inter ipsos Protestantates* Imp. Ordines, non tantum circa Jus reformandi, sed & ipsa bona redditusque Ecclesiasticos nominatim, servari atque obtinere debeat? qua sanè peculiari sanctione neutiquam fuissest opus, si anteriorem, in *Artic. V.* jam expressam, legis dispositionem etiam *inter ipsos Protestantates* locum habere, censuissent Pacificatores; nam & Reformati sine dubio iisdem iuribus, quibus Augustana Confessioni addicti, quorumque toties in illo *Artic.* mentio fit, fruuntur ex §. *Unanimi, Artic. VII.* & tamen in illo, quem jam nominavimus, *Articulo*, tam sollicite inter utrosque transactum: quam etiam transactionem, non minus ac reliquas Instrumento Pacis comprehensas, legis habere vigorem, nemo, opinor, negabit. Dicendum ergo omnino erit, priorem illam *Articuli V.* dispositionem non generaliter, sed de his, de quibus loquitur, controversias, inter Catholicos nempe & Augustanae Confessioni addictos vigentibus, unicè exaudiendam intelligendamque esse.

Argumen-
tum IX. siatica a *Protestantibus* nonnullis *inter se* hactenus agitate, non ex causa religionis *qua tali*, sed plerumque *ex capite lesionis violentiae occupationis* exortae, adeoque *ex Jure Communi* merito decidenda sunt, ideo vel hinc etiam nova ratione sententiam nostram

nostram confirmare fas erit. Cum enim in §. n. *Artic. V.* terminus restitutionis in causis Ecclesiasticis ad Annum 1624. relatus esset, mox in fine ejusdem §. num. 13. subjicitur: *Terminus autem Anni 1624. nullum prejudicium creare debet iis qui ex capite Amnestie aut ALIUNDE restituendi veniunt.* Unde satis, opinor, manifestum est, quod præter restitutionem ex capite *Amnestie*, illamque ex capite *Gravaminum*, cui terminus Anni 1624. i. Januar. præstirutus est, *alia* adhuc sit, quæ per verbum *aliunde* heic designatur. Quamvis enim subobscurum multi fortassis judicaturi sint, quidnam comprehendere sub hac voce voluerint Pacifcentes, talis tamen restitutio procul dubio heic intelligenda, quæ sicut ex alio fonte & origine, quam priores illæ ex capite Amnestie & Gravaminum, a quibus ipsis sollicitate hæc distinguitur, oritur atque promanat, ita ex aliis quoque principiis metienda dijudicanda erit. Non esse autem aliunde quam ex *Jure communis* restitutionem hanc æstimandam, vel inde probabile redditur, quod de hoc restitutionis genere nihil dispositive, uti loquuntur in *Articulo V. Instrum. Pac.* (secus atque de duobus anterioribus) actum, sed obiter tantum ejus tanquam rei liquidæ, nullisque hactenus implicitæ difficultatibus, mentio facta sit. Cum ergo alia norma, ad quam restitutionem hanc exigamus, non exprimatur, nec litium, quæ circa eam oriri possunt, expediendarum alia ratio appareat, nihil supereft, quam ut *Jus Communis* in auxilium heic vocemus, ejusque decisioni hoc restitutio nis genus unice dicamus relictum. Confirmant hactenus dicta egregie *Memoriale in Actis der Commissions-Sache der Augspurgischen Confessionen-Verwandten zu Hagenau/ eique subjunctionem Votum, Francofurti Anni 1656. d. 7. Februar. per Direct. Saxon. dictatum, apud Londorpium Tom. VII. lib. 7. cap. 61. pag. 109. fin.* ubi hæc leguntur: *Dass in fin. §. 2. art. V. ibi: terminus autem &c. gesetzt / quod terminus Anni 1624. nullum prejudicium creare debet iis, qui ex capite Amnestie (VELUTI EX CAPITE LÆSIONIS, VEL DESTITUTIONIS VIOLENTE, NON TAMEN EX CAPITE GRAVAMINUM) restituendi veniunt, das hat mit der restitution ex capite Gravaminum Ecclesiasticorum ganz keine cognition &c. Quæ vocis aliunde*

N (10)

inter-

interpretatio si vera est , (sicut nemo eandem , publica quippe non ejus tantum , quod jamjam adduximus , sed & similium aliorum scriptorum auctoritate subnixam , facile impugnaverit) satis hinc manifestum redditur , quod omnes restitutions , quæ non ex capite *Anneßie* vel *Gravaminum* , sed ex capite *laſonis* aut *deſtitutionis violente* descendunt , sub *Articulo V.* *Inſtrumenti Pacis* plane non comprehendantur : Quoniam vero lites illæ , quas Imperii Status nonnulli *Proteſtantes* inter ſe circa causas & bona Ecclesiastica fovent , tantum non omnes ex laſione aut deſtitutione *violenta* exorta ſunt , easdem (certe illas quæ ex hoc , quem jam diximus , fonte descendant) *Pacificatione* hac neutiquam ſopitas , quin potius , ceu extra bellū non minus , quam ipius Pacis objectum veriantes , foliis *Juris Communis* decisioni relictas eſſe , omnino hinc conſequitur .

Argumen-
tum IX.

XXIV. Sed ſatis , & fortaffe nimis diu , in excutiendis duobus prioribus *Articuli V. Inſtrumenti Pacis* paragraphis haſimus ; nunc faltu opus erit non mediocri , ut ſepotis aliquantisper que interjecta ſunt , ad §. ultimum ejusdem *Articuli num. 56.* perveniamus . Agitur in eo precipue de dubiis , circa interpretandas Imperii Constitutiones occurrentibus , cauſarumque qua Ecclesiasticarum , qua Politicarum inter *uriusque* , quam totes haſtenuis memoravimus , *Religionis Ordines* , *Catholicos* nempe & *Auguſtane Confessionis Socios* , vertentium dijudicatione , & in hac obſervanda utrinque Aſſeſſorum five Judicantium paritate . De que ita Lex Pacificatoria : *Si que vero dubia circa interpretationem Constitutionum ac Reſeſſum Imperii publicorum occurrunt , aut in dijudicandis Cauſis Ecclesiasticis vel Politicis INTER PARTES SUPRA EX- PRESSAS vertentibus , ex paritate Assessorum utriusque Religio- nis , poſtquam in pleno etiam ſenatu , pari tamen ſemper utrinque JUDICANTUM NUMERO , examinata fuerunt , contrarie orientur ſen- tentiae , Catholicis quidem in unam , Auguſtane vero Confessionis Aſſeſſoribus in aliam abeuntibus , remittuntur ad Comitia Imperii uni- versalia . &c.* Ex quibus verbis , aut omnia me fallunt , aut conflat planiſſime , per *uriusque Religionis Ordines* non alios in hoc *Articulo V.* intelligi poſſe vel debere , quam *Catholicos* & *Auguſt.*

Confef-

Confessioni addicōs inter sē litigantes, omnia vero *inter ipsos Protestantes* circa redditus bonaque Ecclesiastica agitata litigia prorsus hinc excludenda removendaque esse. Quæ enim, quæfō, ratio est, quod *paritas Judicantium* in his causis expressa Constitutione tam sollicite heic sancta sit, nisi suspicio illa partiumque erga sue religionis litigantes studii in Aſſessoribus metus? At vero si *Protestantes* tantum *inter sē* judicio disceptent, sive Evangelici illi fuerint & Evangelici, sive Evangelici & Reformati, cessat plane omnis illa ex Religionis diversitate unice orta suspicio, & ratio adeo istius de Aſſessorum paritate sanctitæ legis; quidni erga ipsa quoque lex & dispositio? Sane ita diferte nobiscum sentit D. Jo. Wolfgang Textor, rerum Juriumque Imperii callentissimus scriptor, *Disp. ad Recess. Imp. de Anno 1654. I. th. 35.* cuius hæc verba sunt: *Quod si vero de litibus inter Lutheranos & Calvinianos (de litibus inter Evangelicos sive Lutheranos ipsos minus adhuc dubitandum erit) agatur, ratio ac dispositio Inſtrumenti Pacis circa pundi paritatis judicantium respectu religionis plane videtur cefare, CUM TANTUMmodo AGATUR DE CAUSIS, ubi ROMANO-CATHOLICI EX ALTERA PARTE, vel falso per modum interventionis, LITIGANT, idque ideo, ne coram solis aut majori ex parte Catholici forte cum dispendio causarum Evangelici debeant contendere. Quam sententiam laudat quoque & sequitur JCtus de Camerulum rerum studio, & hoc in primis argumento preclare meritus Jo. Deckherrus Consultat. de Pace Civilis Religioni in Inſtrum. Pac. data, Num. LXXXI. pag. 375.* Et ne quis forte nobis objiciat, ipsum quidem Inſtrumentum etiam Pacis paritatem Judicantium in causis *inter ipsos Protestantes* vertentibus non requiri, sed nihil omnino de iisdem haētenus, & quoad dijudicandi modum, statuisse, inde tamen nequaquam sequi, quod & cœtere de bonis & redditibus Ecclesiasticis *Articulo V.* comprehensas dispositiones ad *Protestantes* *inter sē* super his contendentes non spectent; probe observandum erit, paritatem Aſſessorum diferte heic & semper requiri in dijudicandis causis Ecclesiasticis vel Politicis *inter partes supra expressas* vertentibus. Aut igitur causas etiam *Protestantium* *inter sē* hoc loco intelligi, in iisque Aſſessorum paritatem

1834 De Redit. Eccles. ex alieno territ. inter Protest.

ritatem requiri, dicendum, (quod tamen fieri manifesta legis ratio vetat) aut fatendum invito quoque Adversario erit, in toto Artic. V. Instrum. Pacis non nisi eas circa reditus bonaque Ecclesiastica controversias compöitas esse, quam quæ inter Catholicos & Status Imperii Protestantes eousque vigerunt, partesque supra expressæ, non alias quoque, quam has ipsas, intelligendas esse; neque etiam, si præter illas & Protestantium, quas de causis Ecclesiasticis forte inter se habent, lites huc trahere velis, asseri amplius salva veritate poterit, pari semper Affessorum numero ejusmodi causas dijudicandas esse. Sed manifestior evadet tota hæc ratiocinatio frequenti syllogismo inclusa: In quarumcumque partium causis & controversiis non opus est paritate Affessorum utriusque Religionis, ita, ut non nisi pari semper utriusque judicantium numero examinari dijudicarique debeant, ea non sunt partes illæ supra in Artic. V. Instrum. Pacis expressæ, neque hujus adeo dispositione continentur. Atqui: in causis & controversiis Statuum Imperii Protestantium inter se circa reditus bonaque Ecclesiastica forte litigantium, non opus est paritate Affessorum utriusque Religionis, ita, ut non nisi pari semper utriusque judicantium numero examinari dijudicarique debeant. E. Status Imperii Protestantes inter se circa reditus bonaque Ecclesiastica forte litigantes, non sunt partes illæ supra in Artic. V. Instrum. Pac. expressæ, neque hujus adeo dispositione continentur.

MEMBRUM II.

Argumenta specialia, ex §. IX. num. 25. Instrumenti
Pacis desumpta, proponens.

COMPENDIA.

XXV. Transfusus fit ad ea argumenta, quæ pertita sunt ex Instrum. Pac. huic Discussioni præfixis textibus; quorum sensum omnium optime pandunt, quæ in

Conventu Osnabrug. super hoc negotio acta & tractata sunt.

XXVI. Gravamina Evangelicorum Imperii Statuum.

XXVII. Responsum & Gravamina

mina Catholicorum.

XXIX. Evangelicorum super ipsis Gravaminibus Declaratione.

XXIX. Declarationes atque media varia a Catholicis proposita : quibus cum non acquiescerent Evangelici , alias ineundem pacis leges atque conditiones in medium proférunt Plenipotentiarii Cælarei.

XXX. Evangelicorum Imp. Statuum Declaratio ultima.

XXXI. Deducitur hinc Argumentum (10.) *Id quod in §. IX. n. 25. Artic. V. J. P. sanctum legitur , inter Catholicos tantum, ab una, & Evangelicos ab altera parte, convenutum esse : quod & auctoritate Rhetii, Deckherri, JC- torum Colonensem & Evangelicorum in Causa Hildesensi quadam Deductione stabilitur.*

XXXII. Instantiae , qua majorum adducti argumenti propositionem enervare nititur Adversarius, respondetur.

XXXIII. Vindicatur & minor propositio ab alia Ejusdem objectione.

XXXIV. Argumentum (11.) *Quicquid juris Evangelicis Imp. Statibus ex possessione Anni 1624. ratione bonorum Ecclesiasticorum est tributum, id non nisi intuitu*

Catholicorum iisdem compete-re ; & vicissim, jus quod Catholici hac sanctione natli sunt, non nisi in respectu ad Evangelicos Eosdem habere.

XXXV. Argumentum (12.) In Artic. V. J. P. lites circa bona Ecclesiastica eorum tantum Imp. Ordinum esse decisas , qui in religione ipsa multis modis a se in vicem dissentunt.

XXXVI. Reformatos aut comprehendendi in Art. V. J. P. sub Augustana Confessioni addicatis, adeoque eodem prorsus, quo illi, jure haclenus frui ; aut non comprehendendi, & tum dispositionem illius Art. ad Eos plane non pertinere.

XXXVII. Argumentum (13.) Lites, quas Protestantes super bonis Ecclesiasticis inter se exercent, non ex causa religionis quatali exortas esse.

XXXVIII. Argumentum (14.) Inter ipsos Protestantes Imp. Status exceptiones, illae, quas non attendi jubet §. IX. J. P. n. 25. nunquam fuerunt mote.

XXXIX. (15.) Sicut & in Hos non quadrant, que de Jure Suffraganetus & Diaconatus.

XL. (16.) Et de introducione ali- cubi locorum exercitio interimistico, indeque desumptis excepti- onibus, eodem loco sancta sunt.

XLI. (17.) Quæ porro ibidem subjiciuntur clausulæ annullatoriae, Catholicorum tantum postulatis fuerunt oppositæ, ipsos autem Protestantes inter se plena non concernunt.

XLII. Argumentum (18.) Transactiones, velut strictissimi Juri, cum una persona iniurias ad alias non esse extendendas.

XLIII. Objectio Adversarii duplex: I. Constitutionum ad Pacem publicam pertinentium in-

terpretationem latissime faciendam, 2. Qui universalia legis verba ad certas tantum personas restringit, eum a stricta verborum interpretatione recedere.

XLIV. Respondetur utrinque.

XLV. Argumentum (19.) Terminus Anni 1624. in odium magis, quam favorem Evangelicorum constitutum, adeoq; restringendum potius Eorum intuitu, quam ampliandum esse.

XXV.

Argumentis hactenus recensitis generalibus, hoc est talibus, quibus Protestantes Imperii Status de causis bonisque Ecclesiasticis inter se disceptantes, vel a totius Artic. V. dispositione excluduntur, vel quæ ex aliis, quam in frontispicio hujus Disquisitionis præscriptis textibus, petita sunt, etiam illud, quod scilicet isthæc transactio non nisi inter ipsos transigentes locum habere queat, pluraque alia poteramus adjicere; Verum cum hæc ipsa ex iis, quæ inferius dicentur, lucem capiant, iisdemque vicissim mutuentur, ideo ad speciem illorum textuum evolutionem, quibus tantum non unice sententiam suam stabilire nititur Dissertator, recta nunc transeundum duximus. Cum vero harum legum sensus, nostra quidem sententia, non aliunde expeditius certiusve erui atque investigari possit, quam ex eo, quod inter partes pacientes in Conventu Osnabrugensi super hoc negotio actum & tractatum fuit, ipsis nimirum Evangelicorum postulatis five Gravaminibus, & hæc insecuris Responsionibus Catholicorum, ex quibus tandem, post mutuas disceptationes, hic ipse Articulus, ea qua hodie in Instrumento Pacis comparat forma, concinnatus est, ideo non abs re fore putavimus, si, quid circa bona Ecclesiastica mediata, eorumque ex alieno territorio debitos

tos redditus, primo *petitum ab Evangelicis*, quidve *concessum a Catholicis*, ab *Evangelicis postea remissum*, & quo tandem ratione in has leges utrinque *convenitum* sit, ex ipsis rerum gestarum publicis documentis atque historia breviter repetamus. Quemadmodum enim responso ex interrogatione, quæ præcessit, interpretanda est, ita & *transactio* quelibet & *concessio* ex formula præcedentis petitionis ita *estimari* debet, ut *petitum* conformis sit, cum nemo plus aliudve, quam id quod *petitum* antea fuit, *concessisse* intelligatur, sicut nuper etiam Legati Statuum Imperii pro facienda Instrumenti Pacis Cæsareo Gallici interpretatione ad Acta Publica similiter provocantes, in Caufa Metensi, Tullensi & Verduniensi, contra Plenipotentiarium Gallicum Legatum ferrè argumentati sunt, in der Schlüslichen und gründlichen *Refutations-Schrifft* auf des Königl. Frantzöf. Herrn Plenipotentiarii also genannte *Responsum alterum*, apud Fritsch. Tom. nov. Addit. ad *Jus Publ. Limin.* in Append. pag. 82.

XXVI. Ut ergo primum ad interpretationem §. *Quocunque Gravamina Monasteria &c. IX. n. 25.* quo de mediatis bonis Ecclesiasticis agi-na Evangelicorum Imperii Statuum Ecclesiastica, mensē Decembri [uti ex Pufendorf. Lib. XVII. Rer. Suecicar. §. 107. pag. 598. b. intelligo] Anni 1645. exhibita, paulo propius nunc accedamus; postquam in universum præfati ibidem essent, illatas *sibi adversus Pacem Religionis multiplices injurias*, nunc haud memorari diffidii excitandi causa, sed demonstrandis obstatulis pacis, quibus non amotis, tuta quies in Imperio frustra speretur, & speciatim quoque querimonias suas super Reservato Ecclesiastico recitascent, mox, *secundo loco*, de bonis Ecclesiasticis mediatis [de quibus §. illum IX. quoque agere diximus] conquesti; quanquam certum sit multisque rationibus firmari quæat, potestatem circa sacra apud *Evangelicos* Ordines Jure territoriali dependere, cui & super bonis Ecclesiasticis disponendi facultas competat; *Catholicos* tamen, ceu callidos novi Juris reperiores, facultati huic derogare eo prætextu conatos esse, ajebant, quod Cœnobia, Ecclesiæ, Templa mediata, uti vocant, a Pontificis Transactionis Passaviensis tempore quoque modo possel-

potestia Evangelicis Ordinibus, licet in Ipsorum territoriis sita, reformare fas non fuerit. Verba germanica ita habent: dahingegen aber sich die Catholische wider Recht und Billigkeit unterwunden/ diesem aller vornehmsten Juri Superioritatis der Evangelischen mancherley Eintrag zu thun/ alles unter dem nichtigen Vorwand die Mediat-Stifter/Klöster und Kirchen/ welche von den Geistlichen tempore Transitionis Passavientes sive naturaliter sive civiliter sive etiam intermitte stice wären possidiret worden/ hätten von Kurfürsten un Ständen Evangelischer Religion/ ob sie schon in ihren territoriis gelegen/ nicht können reformati werden. Quæ Catholicorum molimina sicut ipsis Augustanæ Pacis tabulis, ejusque quod Spiræ est Imperii Tribunalis usui & decretis adversari, Evangelicos autem nihilominus, subitis Processibus, Mandatisque ex Aula Cæfarea, ac præcipue Edicto Anni 1629. a Catholicis sepius oppresos, & multa Cœnobia reditusque citra cause cognitionem iisdem erepta esse, memorabant, ita justum quoque subjeciebant, esse, ut spoliati Evangelici possessiones suas recuperent, Iisdemque Cœnobia, tempa, Scholæ, reditusque sacri ab Anno 1618. erepti, restituantur. Et ut eo evidentius de Evangelicorum mente constare possit, nonnulla Eorundem verba, quibus suam, super modo pacis hac in parte reducenda, sententiam complexi fuere, heic inferere non pigrabimur. Soll demnach beständiger Fried und gutes Vertrauen wiederum gestiftet werden/ so ist in allweg vonnöthen/ daß die Catholische von dergleichen widerrechtlichen Thätilichkeiten hinsüro abstehen/ Chur- Fürsten und Ständen Evangelischer Religion in ihren Landen/ und zwar die Reichs-Städte/ ob gleich bey Aufrichtung des Religion- Friedens beyde Religionen bey ihnen nicht in Übung gewesen/ es in den Stand unverzüglich wiederum zu sezen/ als welche die Jura Superioritatis territorialis so wohl als andere unmittelbare Stände haben/ nicht allein in der Ringmauer/ sondern auch in ihren habenden territoriis, an dem Christlichen Reformation-Werck nicht hindern/ sondern ihnen alle seither Anno 1618. und zuvor abgenommene Stifter/ Klöster/ Kirchen/ Schulen/ Hospitalien/ Geistliche Einföisten/ und dergleichen wiederum einhändig/ und an derselben disposition und administration nicht den geringsten Eintrag thun/ &c. uti ex ipsis

Ipsis Gravaminibus, quæ integra exhibet Londorpius Tom. V. Lib. II. cap. xiij. pag. 1048, auberius cognosci potest.

XXVII. Quemadmodum igitur Gravamina hæc & postulata non sibi invicem a Protestantibus quibusdam, qui forte de bonis Ecclesiasticis eorumque redditibus inter se litigabant, sed ab His Catholicorum tantum injustis, uti arguebant, moliminiibus, tum temporis opposita fuisse, hinc constat; ita Responsum quoque & Gravamina Catholicorum [quæ a Reigersbergio Moguntino, post aliquot demum hebdomadum cunctationem, Culmbacensi & Würtembergico Anno 1646. Monasterii exhibita est, memorant Pufendorfius laudati jam aliquoties Operis Lib. XVIII. § 50. & Auctor Histor. Pacis Westphal. Lib. III. num. I.] amoliendis evertendisque his ipsis Evangelicorum contra Catholicos in medium prolatis Gravaminibus unice destinata fuerunt, in quibus postquam a Respon-
causa sua justitia, & a Sociis Augustane Confessionis acceptis inju-
riis exorsi essent, diserteque admonuisserint, quod Pax Religiosa
Imperiique Constitutiones hujus negotiationis norma & compositio-
nis regula haberri debeant, mox ad tuendum afferendumque fa-
mosum illud Ecclesiasticum Refervatum conversi: dein secundo
loco, occupationem bonorum Ecclesiasticorum mediatorum juri
justitiaeque contrariari, vel septendecim eam in rem cumulatis
argumentis adstruere nitebantur, omniaque illa mediata, quæ di-
ximus, bona, post Transactionem Passaviensem ab Ordinibus Au-
gustianam fidei securitatem occupata, sibi reddi postulabant,
his inter alia verbis usi: Nachdem derowegen es dahin angesehens
dass man sich in der Güte in dergleichen Irrungen vergleichen solle/ da-
bey aber æquitas & ratio in legibus Imperii fundata billich pro
norma zu halten/ und alle andere partheyliche affectus auf Seiten zu
sezgen/ so thut man Catholicischen Theils in Zuversicht stehen/ es werden
die Herran Augipurgischer Confessions Verwandte sich dahin uns-
schwer bescheiden lassen/ dass sie alle diejenige Stifts/ Klöster/ Prälatu-
ren/ Collegia, und Geistliche Güter ohne Unterschied, welche die Ordens-
Leut und andere geistlich Personen zur Zeit des Passauischen Vertrags noch
in Possessione und Gebrauch gehabt/ gutwillig rieder abtreten/ und in den
jenigen Stand / darinn sie um selbige Zeit gewesen / wiederkommen/

XXX

vielmehr aber diejenige Geistliche / welche würcklich bey ihren Klöstern
seynd/ unbekübt und ruhig dabe verbleiben lassen &c. apud Londorp.
Tom. V. cap. v7. pag. 1066. b, ubi integra hæc Gravamina legi pos-
funt.

XXIX. Posthaec Evangelici Mensis Februario (uti Pufen-
dorff indicio discimus, Lib. XVIII. §. 60.) media reducenda pa-
cis proposuere, suamque Declarationem, uti vocant (vulgo der
Evangelischen Ständ Dörschläg zu componirung der Gravaminum)
super Gravaminibus istis exhibuere: ubi quantum ad bona Ec-
clesiastica mediata, cetera enim huc non pertinent) postulabant,
ut omnia Cœnobia & Collegia mediatae conditionis, quæ Anno
1618. possederint, sibi redderentur. Cui rei ut eo major fides
confit, verba nonnulla huc spectantia, prout scripto tum con-
cepta fuere, attexere heic non pigebit: Alle diejenige Mediat
Stifft/ Klöster und Geistliche Güter/ so sie Augustana scilicet Con-
fessionis Socii, uti ex antecedentibus liquet) Anno 1618. in Besitz
gehabt/ und Ihnen seither deme/ unter was pretext, und auf was
Maß und Weiß es auch geschehen seyn möge/ abgenommen worden/
ohne Verzug und Unterschied/ ob sie vor oder nach dem Religion Frieden
eingenommen worden/ plenarie restituirt, und ohne Anspruch
für und für gelassen/ des Disputats, den die Catholische wegen elli-
chen Stifft/ Klöster bisher geführet/ ob wären sie exempt, ex-
tra territorium, oder doch nicht de territorio Evangelicorum ganz
ungeachtet/ auch hindan gehest der question, obgedachte Stifft/ Klö-
ster und geistliche Güter Suffraganeatus, Diaconatus, oder andere Re-
spect zu Reichs-Ständen trügen/ oder auch Reichs-Ständen zuständig
gewesen/ sondern bloß soll dahin gesehen werden/ ob die Evangelischen
Anno 1618. quacunque Anni parte in würcklicher possession sich befun-
den/ &c. Et paulo post: seynd die Evangelische des Erbietens aus
blosser Lieb zum Frieden/ und ohne einige Schuldigkeit/ diejenige Me-
diat-Stifft/ Klöster und geistliche Güter/ die in Evangelischen ter-
ritoriis gelegen/ und Anno 1618. von Catholischen annoch würcklich
besessen worden/ ferner nicht einzuziehen noch zu reformiren, &c. apud
Londorp. Tom. VI. Lib. III. cap. 30. pag. 37. seq. Conf. Auct. Hist. Pac.
Westphal. Lib. III. num. 28.

XXIX.

XXIX. Sed alia Evangelicorum hifce mediis Pontificii re-
posuere: in quibus fundamenti loco XII. dies Novembris Anni
vicesimi septimi substernebatur, ita ut que illo tempore mediata
bona Ecclesiastica, etiam post Transactionem Passavientem oc-
cupata, ab Evangelicis possesta fuerint, iisdem in *quadragesima*,
ab hac transactione computandos, annos permittantur, illis so-
lum exceptis quorum post annum istum is, qui tunc erat, pos-
sessionis titulus expraverit, aut que sententia judiciali, vel
per peculiares Conventiones *Catholicis* cesserint. sicut plenius
cognosci potest ex Londorpio *Tom. VI. cap. 31. pag. 40.* Pufendorf.
Lib. XVIII. §. 69. & Auctore scipio laudato *Hist. Pac. Westphal.*
Lib. III. num. 29. Que postea inter Deputatos Evangelicorum &
Catholicorum super hoc negotio, & præcipue super temporaria
æternave honorum Ecclesiasticorum possessione, peculiaribus eam
in rem institutis congressibus, Anno isto 1646. mense præsertim
Aprilis Osnabruga acta & disputata fuerint, prolixè idem ex-
equuntur Pufendorfus *d. I. §. 85.* & Auctor *Anonymous*, sed, satis e-
ruditis notus, *d. Lib. III. num. 37. seqq.* Post varios nimirum in
caſsum institutis Conventus, *Catholici* tandem *XVIII. die Aprilis*
ultimi remedii loco tum proponebant, ut bona Ecclesiastica, sive
immediata sive mediata, *Anno vicesimo nono* (pro quo *Annum 1627.*
malè ponit Auct. *Hist. Pac. Westph. lib. 3. n. 49.*) ab Evangelicis
possesta, ad *annos sexaginta* iisdem possideant, *Evangelicis* inter-
termino *Anni 1618.* firmiter inherentibus, sicut pluribus nar-
rat Pufendorfus *d. I. §. 93.* Postea mense Junio ulteriore ſuam
circa *Gravamina Declarationem* exhibebant *Catholici*, poſtulan-
tes, ut mediata bona facra, qua *VII. die Novembris Anno 1627.* poſ-
ſederint aut adhuc poſſideant, ubiqueſe ſita fint, una cum ho-
minibus Ecclesiasticis, ſacris, Juribus, ac reditibus suis relinque-
rentur, nec ab Augustana Confessionis Sociis turbarentur, apud
Londorp. *Tom. VI. cap. 32.* Pufendorf. *d. lib. XVIII. §. 112.* & Auct.
Hist. Pac. lib. III. num. 65. His tamen conditionibus neutriquam
acquiescebat *Evangelici*, fed omnia bona Ecclesiastica mediata,
quacunque *Anni 1618.* parte à ſe poſſeſſa, quorumque poſſeſſione
inter ea exciderint, reddi ſibi volebant, prout concepta hanc in

Quibus
rej. Eis.

Novas eas- rem Eorum verba recitat Londorpius d.l. cap. 33. pag. 45. Post-
que mitio- hæc Plenipotentiarii Cesarei, interpellati eo nomine à Catholicis,
res in me- alias easque solito mitiores pacis ineundæ leges proponebant: ni-
diua pro- ferunt ple- mirum, ut omnia mediata bona Ecclesiastica, quacunque Anni
ni pot. Ce- 1524. parte ab Evangelicis possessa, *ad centum annos* iisdem ma-
narent, exceptaque interea restituerentur, illis tantum exceptis,
que extra territorium occupantium notoriè sita, aut aliis Catholicis Ordinibus incorporata forent. apud Londorp. d. Tom. VI.
cap. 36. pag. 53. Conf. Pufendorf. Lib. XVIII. §. 115. & Aut. Anonym.
Hist. Pac. Westphal. cit. lib. num. 67.

Evangelici- XXX. Evangelici autem Imperii Status in *ultima* sua d. 24.
corum De- Augusti exhibita Declaratione, ut vocabant, bonorum Ecclesias-
claratio ul- sticorum jura ex possessione i. Mensis Januarii diei a. 1621. dijudi-
tima. cari volebant. Ita enim ibidem de bonis sacris mediatis conditionis loquuntur: Alle diejenige Mediat-Stift / Klöster / Valleyen /
Commentureyen / Kirchen / und andere dergleichen Geistliche Güter /
wie die Mahnen haben / oder titulirt werden können oder mögen / so
die Evangelische Churfürsten und Stände sampt und sondes Anno
1621. den 1. Januarii in Besitz gehabt / verbleiben den Evangelischen
hinsichtlich ungehindert / immerwährend / und allezeit ohne Unterschied ob
sie vor oder nach dem Passauischen Vertrag oder Religion-Fried zu
Christlicher Reformation gegangen / und in ihre possession kommen / auch
dessen / was die Catholicische wegen etlicher solcher Stift und Klöster
bisher vorgewendet / ob wären sie exempt, extra territorium, oder
doch nicht de territorio obgemeldter Evangelischen Stände / ganz
ungehindert / und hindangesetzt der question, ob gemeldte Stift / Klö-
ster / und Geistliche Güter / Suffraganeatus, Diaconatus oder andere
respekt, zu bemeldten Reichs-Ständen trügen / oder auch Reichs-Stän-
den zuständig gewest / sondern bloß sol darauß geschen werden / ob die
Evangelische Anno 1621. den 1. Januarii in wirklicher possession sich
befunden / unerachtet des theils eingeführten Interims, und vor oder
hernach ergangenen Particular Verträgen / Litispendenzen rerum
decisarum, und dergleichen / und werden unter dieser Regul auch die
Pfandschäften verstanden / so viel deren die Evangelische und ihre
Vorfahren über Menschen Gedencken in Besitz gehabt / und anno 1621.
den

dei 1. Januarii beseßen, apud Londorpium d. l. cap. 38. pag. 57. & in *Præliminar. Pac. Part. II. pag. 236.* Quomodo autem inter partes utrinque tandem conventum transactumve fuerit, ut terminus restitutionis in Ecclesiasticis in *annum 1624.* conferretur, prolixius denarrant Pufendorf. *Lib. XVIII. Rer. Svec. §. 143. seqq.* præcipue §. 165. & *Lib. XIX. §. 96.* & Auctor. *Histor. Pac. Westphal. lib. III. num. 98. seqq.* præsertim *num. 114.* locisque pluribus aliis.

XXXI. Ex quibus nunc sicut cuivis, opinor, manifestum est, quod non nisi inter *Catholicos & Evangelicos*, in partes duas haec tenus euntes, super bonis Ecclesiasticis mediatis in isto Conventu disceptatum fuerit, ita primum hinc idque maximi certè momenti argumentum arcessere, solideque adstruere licebit, *Argumen-*
quid in *Articulo V. Instrum. Pac. §. Quaecunque Monasteria, IX. n. tum X.*

25. de ipsis licibus, quæ fortè *inter ipsos Protestantes* super his causis versantur, neutriquam agatur, nec ad eosdem adeo, inter quos scil. nihil unquam hac de re tractatum fuit, legis hujus sanctio absque insigni absurditatis nota produci possit debeatve. Sanè enim ex Jctis notum abunde est, quod ad alias personas, quam inter quas inita, pœna non sint extendenda, sicut longa & Juris textuum, & Doctorum congerie demonstrare facile possumus, si id quidem nunc agere animus, nec ab aliis jam dudum præstitum esset. Vid. Zepper. *Cynosur. legal. cap. 11.* Potior illa nobis cura erit, ut in re præsenti, conducto uno alterove Jctorum, partim de ipso hoc IX. æquè ac XV. (de quo tamen *inferius plura*) *Instrum. Pac. §§. satis perspicue*, partim etiam de ejusdem *Articuli V.* circa redditus bonaque Ecclesiastica dispositione in genere loquentium, testimonio, ostendamus, malè comprehensam eodem, & inter *Catholicos* tantum atque *Evangelicos* factam conventionem, ad Controversias inter solos Protestantes agitatas produci, saltem, ut impactum ab Adversario quibusvis ab Ipso dissentientibus audacæ crimen hac ratione à nobis removeamus; quando certò confidimus, Virum elegantia morum æquè ac doctrinæ satis alioquin commendatum, non temperaturum sibi tantum posthac ab ejusmodi stili acrimonia, sed & ea, quæ pag. 22 differtat. suæ, nimio calore & erga causam, quam defendendam susce-

fuscepit, studio abreptus, jam effudit verba, expuncta optaturum, si alios quoque ut egregia dignationis doctrinæque Viros, ita nulli prorsus partium studio heic obnoxios, ab opinione sua discrepare animadvertat. Audiamus itaque *Jo. Frider. Rhetum*, Juridicæ Facultatis in Academia Francofurtensi ad Viadrum nuper Ordinarium, hodiè Electoris Brandenburgici Confiliar. Sanctor. qui ita haec de re *Lib. II. Institut. Jur. Publ. tit. I. §. 51.* Quoad bona Ecclesiastica, quocunque nomine veniant, sive sint redditus, sive fundationes, sive decimæ, ex possessione & perceptione I. diei Januarii estimantur imposterum INTER ROMANO CATHOLICOS ET PROTESTANTES, &c. Apertius autem mentem suam Idem prodidit *Dissertat. de Jure Statuum Imp. circa Sacra*, quæ & separatim, & inter *Disputationes Juris Publici*, in ordine II. edita extat, cap. IV. num. 6. hisce verbis: *Conformem me reddam ipsi Instrumento Pacis, quod in Artic. V. jus statuum imperii catholicorum et protestantium circa Sacra tradat, remittit vero jus protestantium inter se ad articulum VII. Conf. num. 18. ejusdem cap. & cap. V. n. 1.* Rethio jungimus *Jo. Deckberrum* Imp. Cameræ Judicij Advocatum & Procuratorem fatis celebrem, qui utut dubitanter quibusdam in locis & subobscure hac de re loqui videatur, procul dubio non tam quod legis sententia & intellectus eum latuerit, quam quod non ignota Ipsi fuerint agitatae super sensu Art. V. *Instrum. Pac.* inter Protestantes nonnullos Imperii Status lites & controversiae, alibi tamen fatis clare mentem suam aperit, quidque sentiat palam exponit. Sic enim *Consultat. de Pace Civilis Religioni in Instrumento Pac. data, Num. XLIX. L. & seqq.* postquam, connexionis rationem redditurus, in principio prefatus esset, *Huc usque de Juribus Augustanæ Confessioni addicitorum Evangelicorum & Reformatorum juxta Catholicorum placita stabilissimis se egisse, jam de Juribus Augustanam Confessionem vel invariataam, ut appellatur, Evangelicam, quam variatam, ut dicunt, Reformatam sequentium inter se, de quibus in Artic. VII. §. 1. & 2. dicendum esse, subjicit in seqq. pag. 242.* Eum sane excusari vix posse, qui omnem inter tres Religiones differentiam, itemque concordiam, fines urbisque Pacificationis inter Protestantes inter se sanci-

sancitos; & Protestantes ab una, & Catholicos ab altera; paribus omnino diversos negaverit &c. & pag. 245 seq. Inter Protestantes inter se concordiam civilem, unanimatem regiminum, scopum in Republica, non diversum, non discordem, presumendum, nisi quid in Artic. VII. qui tamen non adeo prolixus sensus & materie ei est, expresse, differentia constitutum: Artic. V. qui de Pace Civili INTER PROTESTANTES ET CATHOLICOS facta differit, legis principia, partium postulata, secutas conventiones, omnia, suis specialibus limitibus artissime continenda; ad Protestantes pacem inter se pangen-tes nulla, extra legem, ratione extendenda. Conf. Num. XXII. pag. 78. Num. XXIV. pag. 91. & Num. XLV. pag. 223. ubi & Juris & necessitatibus esse, ait, ut perpendatur §. 27. Artic. V. Instrum. Pac. male cum Art. VII. Compositiones Pacis inter Catholicos & Protestantes initas, & in Articulo V. promulgatas, cum iis que Protestantibus inter se, excluso Catholicorum interesse, placuere, committi. Neque omissendum hoc loco est testimonium JCtorum Academiarum Coloniensis, qui de pacis tractatibus in universum, adeoque de Osnabrugensi non minus, quam Religiosa Pacificatione, in terminis, uti loquuntur, ita respondent: quod dispositiones in tractatibus pacis ratione bonorum Ecclesiasticorum occupatorum facie, tantum locum habeant, si questio inter CATHOLICOS ET AUGUSTANAE CONFESSIONIS oriatur: tunc enim illae pro norma & Regula observande sunt, quas vero CATHOLICI SOLI INTER SE, vel etiam AUGUST. CONFESS. INTER SE, ratione predicatorum bonorum, privatas habent controversias, ea dispositiones Juris Communis relinquntur. apud Dietheir. Suppl. f. Tom. IV. Consil. Klockii 1/2, num. 63. Sed satis auditorium est & testimoniorum in causa legibus suffulta, totque rationibus stabilita. Unum tamen adhuc addemus, idque publicum, ex Deductione Evangelicorum in Causa Hildesiensi d. 19. Novembr. 1655. in Conventu Deputat. Francof. exhibita, ubi ita non procul ab initio differitur: Und ist. i. nicht weniger aus dem Friedens-Schluss selbst als den vorher gegangen Tractaten wahrzunehmen / daß der hohen Herren Paciscenten intention gewesen / den Resti- tutions-punct der geestl. in genere abzufassen / daß allen und jeden da- maligen und künftigen Beschwerden unter Catholischen und Augs-

spur

spurgische Confession · Reichs und Land-Ständen/ ohne exception und andere prætexten/ auf einmahl abgeholffen/ und auch alle der Samen alles Disputats und Misstrauen solte ausgerottet werden / Kraft Käyserl Antwort auf die Schwedische Proposition zu Osnabück anno 1645. art. 7. Instrum. Pac. art. 1. art. 5. princ. art. 17. &c. Qualia repetuntur etiam num. 5. d. l. verbis : Nachdem nun 5. die höchsthöchliche intention des Instrumenti Pacis, wie Anfangs angeregt gewesen / das ganze Religions-Werk unter Catholischen und Augspurgischen Confessions Verwandten dergestalt zu verwahren &c. apud Londorp. Tom. VII. lib. VII. cap. 202. num. 33. pag. 1077. & Harsdorffer. part. IV. des Deutschen Secretarii pag. 336. & 339. Unde jam argumentamur : Quicquid inter Catholicos tantum & Evangelicos conventum & transactum est, illud inter eosdem etiam tantum obtinet, nec extendi potest ad lites Evangelicorum vel Protestantium inter se. Atqui: de eo quod super Ecclesiasticis bonis mediatis in §. Quaecunque Monasteria, IX. num. 25. (idem dicendum de §. XV. sicut infra ostendetur) Artic. V. Instrum. Pac. hodie sanctum legitur, inter Catholicos tantum & Evangelicos conventum & transactum est. E. Inter Catholicos & Evangelicos tantum id obtinet, nec extendi potest ad lites Evangelicorum vel Protestantium inter se.

XXXII. Evidem cum Adversarius, hoc argumentum fatis speciosum esse, ipse haud invitus agnoscat, ideo omnes ingenii nervos, sed irrito, ut mox apparebit, conatu, eo intendit, quo amoliri illud a se & qualicunque responsione elidere queat. Ut autem eo feliciter succedat propositum, primo universalitatem propositionis majoris commentitia quadam evocari retundere nititur. Ait enim, eandem vel ex ipso Instrumento Pacis falsitatis convinci posse, in qua, ut alia silentio transmittantur, inter Protestantes & Catholicos conventum sit, ne quis alterum propter religionem aut bona Ecclesiastica, vi. bello, aut alio quoconque modo infestet, quemadmodum & istud Religionis quoque Paci fuerit inseratum; an itaque, pergit, patabit aliquis, permisum esse Protestantibus, sibi invicem ex his rationibus bellum inferre? cap. III.

**Instans
Adversarius.**
Cui respondeatur Dissertas. Sect. III. §. 1. Nam verò nimis imbelli hoc telum est,
quod

quod in nos nostramque sententiam contorquetur. Quanquam enim absurditatem hujus consequentiae & ipsi haud inviti agnoscamus, ea tamen non obstante, verum nihilominus esse & manere posset, quod conventio illa, ne quis alterum propter religionem vi, bello, aut alio quoconque modo infestet, ceu inter Evangelicos tantum & Catholicos inita, inter hos etiam obtinere solum debeat. Neque tamen existimandum est, concedi hoc ipso Protestantibus Imperii Statibus, sibi invicem propter religionem bellum inferre: cum violentiae ejusmodi atque invasiones non alius tantum Imperii Legibus, sed ipsis etiam communibus Juris scitis atque praeceptis prohibite jam dudum sint, ut per Westphalicæ Pacis Sanctionem, ejusque *Articulum V.* caverri ea de re necessarium haud fuerit. Et fallunt profecto fallunturque vehementer, qui mentem paciscentium unquam fuisse arbitrantur, ut vel omnes lites, quæ Imperii Ordines inter se committunt, per Instrumentum Pacis definitrent, aut omnibus quoque & singulis Imperii Statibus, interque hos ipsis etiam *Protestantibus & Evangelicis* inter se de causis & redditibus Ecclesiasticis forte disceptantibus, regulam atque normam, juxta quam componi hec litigia debeant, in hoc *Artic. V.* præscriberent, nisi fors & coeteras Statuum Imperii lites omnes, in Pacis illius tabulis decisas esse, quis dicere vellet. Sane enim, quid quantumve juris *Protestantibus*, circa redditus bonaque Ecclesiastica inter se controversantibus, competit, non ex *Instrumenti Pacis Articulo V.* quo nihil plane de hoc negotio actum reperitur, sed vel ex *eiusdem Artic. VII.* vel ex Jure communi metiendem astimandumque est. Quemadmodum etiam (2.) haud sequitur, quoniam inter coetera *Religiosa Pacis* capita id quoque provisum est, quod Catholicici Auguſtanæ Confessionis Statibus religionis intuitu nullam vim inferre debeant, ideo Protestantibus, eo quod illo tempore tale quid inter ipsos conventum non fuit, jus fasque fuisse, mutuas sibi hoc nomine injurias inferre, aut Ecclesiasticis quoque possessionibus se invicem deturbare: perinde, ac si aliis legibus & sanctionibus injusta hec & improba Statuum quorumcunque molimina vetita jam satis & represia non essent. Sed &

P (10.)

falsum

1848 De Redit. Eccles. ex alieno territ. inter Protest.

fallam (3.) est, quod in Instrumento Pacis inter Protestantes tantum, ab una, & Catholicos Imperii Status, ab altera parte, continentum sit, ne quis alium vi & bello aut alio quoconque modo infestet: contrarium enim constat evidentissime ex Artic. XVII. vers. Et nulli &c. 7. ubi disertis verbis cautum fancitumque legitur: ut NULLI OMNINO Statuum Imperii liceat jus suum vi vel armis persequi; sed si quid controversia sue jam exortum sit, sive postbac inciderit, unusquisque jure experiatur, secus faciens reus sit fracta pacis, adeoque nulla religionis ejusque diversitatis habita ratione, Catholicus contra Evangelicum, an contra Catholicum, & vicissim, Evangelicus contra Catholicum, an Evangelicum contendat, generalis hæc , atque sanctitatem dudum de Pace Publica Constitutionem confirmans, dispositio obtinebit: quem si & quoad restituendos in Ecclesiasticis ostenderit Dissertator, vicerit simul, & nos arena cedemus.

XXXIII. Quoniam ergo priori isti, pro infringenda majoris propositionis universalitate adducere exceptioni, nervus abunde, ut opinor, nunc est incisus, ideo properemus, quid porro

Allia obje- in medium adferat Adversarius, visuri. *Nec firmior;* (ita pergit
atio. d. l.) fundamente nititur altera vel minor propositione: non enim simpliciter verum est, Osnabrugæ aut in Artic. V. tantum inter Protestantes & Catholicos controversias esse sotitas: sed ut ex aliis multis locis, ita ex punctorum deliberandorum Osnabrugensium sexto, ibi: *Alle Transactiones* (pro quo in nostro Londorpian exemplo, ut & in Præliminaribus Pac. Imper. Part II. p. 89. Alle Transactiones, expressum est,) inter Catholicos & Evangelicos, & inter Evangelicos ipsos in Politicis & Ecclesiasticis juxannhillren. Vid. Londorp. Ad. Publ. Contin. Tom. V. Lib. II. c. 11, contrarium fatis appetit. Verum enim

Remove- vero hoc quidem uno loco [de reliquis, quæ heic jaçantur, tum videbimus, si vel prolata, vel ubi habeantur, indicatum saltem a Dissidente fuerit] neutiquam evincitur, quod in Artic. V. Instrum. Pacis, aliæ, præter illas, quas Augustana Confessionis Status cum Catholicis eo usque exercuere, lites decisa & consopite sint, multo minus autem propositum a nobis argumentum ultra sui parte hinc labefactatur. Loquitur enim illud [i.] non de

eo, de quo forte obiter *inter nonnulos Imperii Ordines* mentio facta, aut leviter tantum *tractatum* fuit, sed de eo diserte, de quo serio ante & magno utrinque molimine actum, tandemque *Evangelicos inter & Catholicos*, velut partes duas dissentientes, *contentum transactionumque* est. Unde incongrue admodum locum illum contra nos heic adduci, jam tum manifestum est. Praesertim, quoniam [2.] ne quidem inter Gravamina, communi Evangelicorum Imperii Statuum nomine concinnata, unquam relatus fuit ille articulus, sed in *Senatu tantum Principum Evangelicorum* [uti a Londorp. d.l. & in *Preliminari. Pac. Westphal. P.II.* pag. 89. diserte admonitum est] & quidem d. 10. Mens. Novembr. Anni 1645. [velut in jam alleg. *Preliminari.* annotatum reperio] in argumentum deliberationis venit. Unde & cum paulo post communi Evangelicorum nomine, Eorundem Gravamina scripto comprehensa mente Decembri ejusdem Anni [Pufendorf. Lib. XVII. § 107. & *Preliminari. Pac. d.l. pag. 92.*] exhiberentur, caput hoc plane omissum fuit. vid. ipsa Gravamina apud Londorp. d.l. cap. 14. & in *Preliminari. Pac. loc. itidem* jam *jam cit.* Neque potesta inter Gravamina & postulata mutuo inter partes agitata hujus rei vel levissima mentio unquam injecta amplius fuit. Quare eo minus dubitare licet, quod in ipsa *Pacificatione* quoque istius articuli nulla prorsus habita fuerit ratio; praesertim cum & transfigentium mens, ipsaque verba *transactionis*, & infinita rationes aliae, idem satis superque evincent. Quin & [3.] non de *litibus omnibus*, que vel inter ipsos Evangelicos viguerunt haecenus, sed tantum de *initiis inter eosdem transactionibus* [aut ut meum exemplar habere dixi, alten *traditionibus*] nunc infirmandis, actum ibidem fuit. Denique [4.] verba haec ex indice capitum, de quibus inter Evangelicos Imperii Principes tum temporis consultari cœpit, desumpta, etiam ideo invalide argumento nostro opponuntur, quod hoc de duobus saltē istis *Articulo V. J.P.* locis, quibus de bonis Ecclesiasticis mediatis, & redditibus Ecclesiasticis tractatum est, expresse loquatur, ostendi autem neutrā quam possit, neque probabile quidem sit, *transactiones* istas, de quibus rescindendis mentio inter alia ad deliberandum proposi-

ta, tum injecta ruit, de hoc præcise casu, atque his, de quibus nos loquimur, bonis egisse: quamdiu autem ab Adversario id non docetur, tamdiu etiam nihil contra sententiam nostram inde concludi posse, palam est; præsertim cum nulla prouersus sit consequentia: inter capita deliberationis pacificatoriaæ propositum fuit, ut transactio[n]es inter Evangelicos tollerentur, ergo quæ conceptis expressisque verbis in *Artic. V. Instrum. Pac.* inter Catholicos tantum ab una, & Evangelicos ab altera parte sancti fuere, etiam inter ipsos Evangelicos obtinebunt; cum tamen peculiares, & diversa plane dispositio[n]e, quoad Augustanae Confessioni adictos & Reformatos inter se consideratos, in Articulo VII. J. P. habeatur.

XXXIV. Quanquam vero vel unico hoc argumento, quod hæc tenus ab Adversarii impugnationibus, & aliquanto quidem prolixius, vindicavimus, satis superque comprobatum esse videatur, *paragraphum illum IX. num. 5. artic. V.* non de eo, quod *inter ipsos Protestantantes*, sed quod *inter Catholicos & Evangelicos* circa bona Ecclesiastica mediata juris esse debeat, unice agere, ne tamen vel color contrariae sententiae patronis superfit, quo fucum facere rerum imperitis queant, age, ipsum textum curatus nunc perlustremus, & ex ipsis ejus vicieribus interpretationem nostram immotis plane rationibus stabiliamus. Et principio quidem, cum de Statibus Imperii *Augustanae Confessionis* diserte hoc loco sanctiatur, omnia Monasteria, Collegia, Templa, Hospitalia &c, quæ Calendis Januarii Anni 1624. possederint, iisdem restituenda esse, aliud illico pro adstruenda sententia nostra inde desumimus argumentum. Etenim jus illud quo Augustanae Confessionis Status vigore hujus §. IX. num. 2. bodie gaudent, non *ahfolute, simpliciter, & quatenus inter se considerantur, sed Catholicorum Ordinum intuitu* unice iisdem concessum, & vicissim quod seq. num. 26. pro firmando Catholicorum jure disponitur, non nisi *respeclu Protestantium* ipsis indulsum esse, ex eo qui *privi statim subjicitur, jamjam cit. num. 26. ejusdem* [ut intelligas scilicet, unam eandemque sanctionem esse, quæ de *diversis quidem subjectis sive personis*, quæ gaudere illo jure debeant, de uno tamen

Argumen-
tum XI.

men nihilominus *obje^cto* & hic & illic agat, quæ nec sejungi adeo aut in partes scindi potuerit] *paragraph* evidentissime colligitur. Ita enim habent *posterioris* hujus versi, five numeri verba: *Omnia quoque* [quæ particula connexiva est, & precedentem legis dispositionem, ad *Catholicos*, eo, quo nunc sequitur, modo extendit] *Mona^{steria}, fundationes & fidelitas mediata, quæ die prima Januarii Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto CATHOLICI realiter possederunt, possideant & ipsi SIMILITER, [quæ verba hujus dispositionis similitudinem & fere identitatem quoad objectum, cum antecedenti, satis arguant] *uit in AUGUSTANA CONFESSIONIS Statuum territoriis & ditionibus ea sita sint, &c.* Quemadmodum igitur hic *Catholicis* Imperii Ordinibus non nisi *in respectu ad Evangelicos*, ita & *His Catholicorum tantum intuitu* id juris est tributum, ut ex posse^ssione Anni 1624. bona corundem Ecclesiastica media^ta *estimari posthac & dijudicari* debeant. Sane enim cum in restitutione bonorum Ecclesiasticorum, de qua hoc præcipue loco tractatur, bina persona, restituens scilicet & restituendus, quos inter mutuus respectus & relatio est, intervenire debeant, & vero in priori quidem *versu §. hujus IX. de Evangelicis*, in *posteriori* autem de *Catholicis* restituendis agatur, satis intelligi inde potest, eadem ratione, qua *Catholicis* ab initio Anni 1624. *per Evangelicos* erupta bona Ecclesiastica, *Evangelicis* quoque intra istud temporis spatium *adempta a Catholicis* restituenda esse. Istamque interpretationem Historia Pacificationis Westphalicae, & universus ejusdem circa hunc *Articulum V. Instrum. Pac.* contextus; ipsaque Gravamina non inter Protestantes ipsos, sed *inter Evangelicos & Catholicos* unice agitata, eorumq; postulatorum capita, quibus nunquam lites illæ quas Protestantes ipsi inter se fovebant, leguntur insertæ, & Ipsorum Transigentium mens, & legis etiam verba, omnia, potentissime comprobant. Eximie autem etiam inde firmari amplius hic *Pacificatoræ Legis intellectus* poterit, quando *§. III. hujus Artic. V. num. 14.* perspicuis admodum verbis de bonis Ecclesiasticis cautum definitumque reperitur, quod *et seu CATHOLICI seu AUGUSTANA CONFESSIONIS STATUS* [qua ipsa oppositione satis manife-*

1352 De Redit. Eccles. ex alieno territ. inter Protest.

Iste indicatur, inter quos ea dispositio obtinere debeat, & inter quos hac de re ita conventum fuerit, tantum scilicet inter *Catholicos & Augustanae Confessionis Status*] die 1. Januarii An. 1624, possederint, omnia & singula, nullo plane excepto, ejus Religionis Confortes, qui dicto tempore in reali eorum possessione fuerunt, usque dum de Religionis dissidiis per Dei gratiam conventum fuerit, tranquille & imperturbate possidere debeant. Ex quo textu cum fatis patescat, quod comprehensa eodem de bonis Ecclesiasticis immediatis legalis sanctio, ex Paciscentium mente, non inter alios, quam *Catholicos & Evangelicos*, locum habere possit debeatve, quis neget, dispositionem de bonis Ecclesiasticis mediatis, quea in *eo ipso Articulo* proxime subiecta legitur, eodem etiam modo, & de iisdem plane personis intelligendam esse? maxime, cum a nemine haec tenus ullis, vel speciem veri habentibus rationiis, contrarium evinci potuerit.

Argumen-
tum XII.

XXXV. Sed aliud adhuc hic ipse locus cause nostrae suppedit argumentum: quando enim in §. hoc IX. num. 25. Augustanae Confessionis Status bona Ecclesiastica mediata inibi enumerata, que Anno 1624, prima mensis Januarii die possederunt, in posterum quoque possidere jubentur, donec controversiae Religionis amicabili partium conventione universali definiantur, quod & in fine hujus incisi istis verbis, donec controversiae Religionis composite furent, iterato adjectum est; sole meridiano clarius ex subiecta & repetita illa clausula elucecit, quod haec dispositio, non inter ipsos Evangelicos sive Augustanae Confessionis Ordines, sed tantum inter illos Imperii Status, qui in Religione ipsa multis modis a se invicem *dissentient*, locum habere possit debeatve. Quid enim absurdius, quam lites & controversias illorum Imp. Ordinum, qui in causa Religionis unam eandemque fidei professionem haec tenus fecuti, de bonis tantum Ecclesiasticis inter se disceptarunt, hoc pacto nunc, asserere, esse decisas, ut qui i. die Januarii illa possederint, etiam in posterum eadem possidere debeant, donec controversiae Religionis amicabili partium conventione definiantur. Certe inter quos nullae circa Religionem controversiae videntur, inter illos nulla haec tenus amica compositione, multo minus earum,

earum, quibus circa bona Ecclesiastica invicem forte colliduntur, aliarumque controversiarum ultimam decisionem ab ejusmodi eventu suspendere opus est, qui per rerum naturam nunquam existere potest, & contradictionem ipsis etiam verbis manifesto involvit. Inepta itaque, erronea, & ridicula prorsus eslet hæc restrictio & determinatio possessionis in lege adjecta; nisi de illis Imperii Ordinibus, qui diversa Religionis Sacra sequuntur, exaudiatur.

XXXVI. Quemadmodum igitur legalem hanc Instrum. Pac. dispositionem *Evangelicis contra Evangelicos*, γνωσίως tales, h. e. eos, qui invariatae, ut loquuntur, Augustanæ Confessioni addicti sunt, prescriptam suissè, nemo fanas mentis facile dixerit, ita nec majori jure de controversiis qua *Evangelicis cum Reformatis* circa bona Ecclesiastica forte intercedunt, intelligi eadem poterit. Etenim Reformati aut comprehenduntur in *Articulo V. J.P.* sub *Augustana Confessioni* addictis, prout non defunt, præter ipsos Reformatos, etiam alii, et Juris Publici præfertim Scriptoribus, id qui existimant. vide D. Rhetium *Disput. de Jure Stat. Imperii circa Sacra, cap. 5. num. 5. seqq. & Instit. Jur. Publ. Lib. 2. tit. 1. §. 41. seq. & §. 49. seq.* aut non comprehenduntur, quod aliis, non ignarisi, quid in ipsis Westphalica Pacis tractatibus motum super hac re & agitatum inter partes fuerit, videri posset. vid. Auct. *Hist. Pac. Westphal. lib. V. num. 37. seqq. num. 44. seqq. & in primis num. 51. Pufendorf. Lib. XVIII. Rer. Suec. §. 47. & alibi.* Quod si hoc, ad Eos, tanquam in lege omisso, omnino non pertinere illam dispositionem, appareat manifesto; sin illud, porro hinc sequatur necessarium est, quoniam nulla plane differentia inter Augustanæ Confessionis Status, sed nudè & simpliciter tantum eorundum mentione heic facta fuit, quod *Evangelicis* five *Lutheranis*, quos vocant, aut contra omnes Augustanæ fidei professionem secutos indistincte, aut contra nullos id quod hoc §. expressum est juris, competere debeat. At vero cum anteja invicta, ni fallor, ratione ostensum sit, quod inter *Evangelicos* s. *Augustanae Confessionis Socios*, qui vere & proprie tales dicuntur, ipsos dispositio hæc obli-

obtinere non possit; consequens huic est, quod nec inter illos & Reformatos locum eadem inveniat. Detur enim ulla differentia ratio, cur in his, qui sub uno & communi Statuum Augustanae Confessionis nomine hic comprehensi dicuntur, & de quibus etiam, nullo prorsus facto discriminé, aliquid in lege fanciatur, non unum quoque idemque obtinere, sed alii hoc, alii alio jure, circa illud ipsum caput, de quo in lege agitur, censerí atq; judicari debeant. Idem dicendum etiam de subjecta illa clausula & determinatione possessionis, *donec controversiae Religionis amicabili partium compositione universaliter definiantur*; nam & haec vel ad omnes perinde Augustanae Confessionis Consortes pertinet, vel ad nullos, eadem scilicet ratione, quoniam de omnibus indistincte affirmatur, quod tam diu debeant possidere, *donec controversiae Religionis compotiae fuerint*; Atqui, in anteecedentibus oftensum jam abunde est, & ex ipsis etiam verbis apparet, ad illos, qui Augustanae Confessionis Socii proprio dicuntur, clausulam istam spectare non posse; quare nec ad reliquos, qui vel qualicunque eius consortio censerí cupiunt, poterit pertinere. Et quam ab omni, non dicam veritate, sed verisimilitudine etiam & probabilitate alienum est, horum ipsorum, qui unum eundemque Sacrorum cultum habere, & sub una eademq; Religionis & fidei possessione in hac ipfa lege creduntur comprehensi, lites atque controversias, quas inter se forte nonnulli circa bona Ecclesiasticae fovent, *nono* hoc *Articuli V. paragrafo* decidas esse, sed ita, ut usque ad compositionem controversiarum Religionis (inter illos scilicet qui ejusdem Religionis esse, & unam quoque fidei formulam sequi dicuntur) decisio illa saltem durare atque valere debeat.

Argumen-
tum XIII. Porro quando hanc, quam jam diximus, decisio-
nem etiam clausulam, ipsaque res, de quibus loquitur, Mo-
nasteria nimirum, Collegia, Ballivias, Commendas, Templa, fun-
dationes, Scholas, Hospitalia & eorum redditus, totamque con-
textus seriem cum reliquis circumstantiis, paulo diligentius pon-
deramus, novum rursus, pro sententia nostra amplius firmanda,
exinde nobis surgit argumentum. Scilicet, cum, ringentibus ne-
quid-

quidquam & contradicentibus Catholicis, Evangelici haec tenus bonis ejusmodi Ecclesiasticis, qualia jam enumeravimus, manus paſſim injecſilent, eaque, ex ſuę Religionis iſtituto, uſibus faſris applicaſſent, lites iſſdem & controverſiæ ſuper hac re nunquam non a Catholicis mote ſunt, donec, ubi diu multumque ſuper hiſ cauſis inter ſe eſſent digladiati, Ferdinandus II. Imperator, promulgato Anno hujus ſeculi XXIX. Edicto, bona Eccleſiaſtica, poſt Transactionem Paſſavienſem occupata a feſcularibus, reſtitui juberet. Quo ipſo diſcordiarum faces in animis pluri- morum adeo non extincta, ut acrius accenſae potius & inflammatæ ſint. Et quanquam Caſar cum Elecṭore preeſertim Saxo- niae, conclusa Anno 1635. Pace Pragensi, medicinam iſti malo hac ratione querere laboraverit, quod bona Eccleſiaſtica ad XL. uſque annos a Protestantibus poſſideri eadem permittebatur, in caſſum tamen hi conatus cecidere, uſque dum in Conventu Oſnabrugensi tandem ſanciretur, ut, qui initio Anni 1624. bona Eccleſiaſtica poſſederit, eadem in perpetuum poſſidere, iisque pro arbitrio uti frui debeat. Quemadmodum igitur fatis ſuperque exinde apparet, quòd hæ circa bona Eccleſiaſtica diſſenſiones, non aliunde, quam ex iſpa Religionis diſcrepancia inter Proteſtantēs & Catholicos exortæ, bellicisque motibus arctiſime in- nexe & implicatae, & inſecuta demum Pacificatione Oſnabrugensi, ha ipſe, non alia, deciſæ & traſactæ fuerint; ita efficaciſi- me hinc concludere poſſimus: Quacunque controverſiæ circa bona Eccleſiaſtica non ex cauſa Religionis qua tali, ſed aliunde, v. c. ex capite ſpolii ante hos moṭus bellicos commiſſi, exortæ ſunt, illas in Pacificatione Oſnabrugensi neutiquam deciſas eſſe. Jam vero de liſibus illis, quas Status nonnulli Proteſtantēs circa bona Eccleſiaſtica inter ſe exercent, tuto licet affiſmare, quod nullo diſſenſionum circa Sacerorum cultum intuitu, aut ex cauſa Religionis qua tali, ſed vel ex capite ſpolii, vel alii ſimiſibus cauſis exortæ ſint. Proinde non potheſt non ſequi, eadem lites & controverſias in Inſtrumento Pacis Oſnabrugensi nequaquam compositas, ſed ex Jure Communi, aut certe aliunde, quam ex hiſ Pacis tabulis, decidendas eſſe.

Q (10.)

XXXVIII.

Argumentum XIV. XXXVIII. Et si proprius legem nostram intueamur, ejusque genuinum sensum accusationi mentis trutina perscrutemur, totidem fere novas, easque validissimas, rationes, quot ibidem leguntur verba, pro statum inanda nostra sententia hinc nobis subministrari, intelligimus. Ecce enim, cautum in illa est verbis expressissimis, quod haec, circa bona Ecclesiastica, deciso locum habere debeat, non attenit exceptionibus, sive ante, sive post Transactionem Passaviensem aut Pacem Religiosam reformatam & occupata fuisse dicantur. Cum vero exceptiones haec neutiquam inter Protestantes ipsos, sed inter Catholicos & Protestantes solum motae fuerint, illis scilicet ablata post Passaviensem Transactionem a Protestantibus bona Ecclesiastica medita restitui sibi postulantibus, His acriter iisdem contradictibus, sicut partim ex Historia Pacis Religiosa, Actisque Publicis, quae circa hoc argumentum, memorabili opere, Lehmannus publicavit, partim & ex ipsis Evangelicorum & Catholicorum, summa utrinque animorum contentione super hac re agitatis Gravaminibus (quorum ipsa verba jam supra a nobis adducta, sunt §.XXIII. & seq.) satis superque potest constare, firmissimum hinc argumentum necesse licet: Quod inter quoscunque Imperii Status illae, quas diximus, exceptiones nunquam motae, nunquam frequentate fuerint, inter eosdem deciso quoque controversiarum, hoc §.IX. comprehensa, locum habere non possit. At quis unquam vel fando accepit, Protestantes sibi invicem hoc nomine item intentasse, quod bona Ecclesiastica post Transactionem denum Passaviensem, non ante eam, alter occupaverit, proindeque restitui illa possessori anteriori debeant? Ego quidem, qui talia contra omnis historiae, Actorumque publicorum fidem sit asserturus, opinor futurum neminem. Quem patriarum rerum vel leviter peritum potest latere, arreptam fuisse hanc exceptionem ex Pace Religiosa a Catholicis, id solum ea cautum dicentibus, ut bona quidem cum temporis occupata retinere licet Protestantibus, una vero prohibitus eadem lege esse, ne qua porro post conditae Pacis hujus sacre tabulas occupare, aut in tuos, utut facros, usus convertere iidem sustineant. Qua in parte cum acriter semper Catholicis, & præci-

præcipue in Congressu Pacificatorio Osnabrugensi, contradicturnum a *Protestantibus* effet, conventum tandem decretumque ibidem fuit, ut, submotis rejectisque his exceptionibus omnibus, quæ *inter Protestantes & Catholicos* agitari haec tenus confueverant, res ista ex possessione Anni 1624. astimari & dijudicari unice debeat. Et sane cum ex ipsa Pace Religiosa, aut prava certe ejusdem interpretatione, hæc exceptio nata fuerit, Pax autem *haec inter Catholicos tantum & Protestantates*, non vero inter ipsos Protestantates, inita sit, oppido manifestum est, quod nec uti eadem commode potuerint Protestantates inter se, neque lites adeo Eorundem, quas de bonis Ecclesiasticis invicem forte exercent, hoc §. decisa & transacta fuerint.

XXXIX. Præterea etiam illud *eodem*, quem haec tenus explana-
navimus, *Instrum. Pac. loco* provisum est, quod licet forte bona
Ecclesiastica aliis Statibus jure Suffraganeatus, aut Diaconatus ob-
ligata fuisse dicantur, lites nihilominus circa eadem agitata ex
possessione Anni 1624. dijudicari debeant, quo ipso rursum mani-
festissimum redditur, quod dispositio hæc non inter Protestantates
ipos, verum inter *Protestantes & Catholicos* obtinere debeat.
Constat enim, & ex ipsis Statuum Gravaminibus longa serie in anteceden-
tibus a nobis recensitis, amplius ostendi potest, non a *Protestantibus*, sed a *Catholicis* tantum lites ejusmodi, super occupatis bonis Ecclesiasticis, *Protestantibus* quondam motas fuisse. vi-
de *supr. § XXVI.* ibi: *zu bemeldten Meits- Ständen (Catholicis scil. ut ex prioribus liquet) trugen &c.* Quare etiam *Catholicorum & Protestantium* dissidia hec solum determinata, Protestantum vero litigia, si quas existunt, inter se, sicut ab illis maxime diversa sunt, & ex alio prorsus fonte profluxere, ita ex aliis quoque principiis erunt decidenda.

XL. Dehinc isti, circa bona Ecclesiastica mediata, sanctioni Argumen-
etiam hoc adjectum est, quod eadem valere debeat, non attentis, *tum XVI,*
sed irritis prorsus exceptionibus, quæ ex introducendo alicubi loco-
rum exercito interimistico desimi possent. Que verba itidem *Ca-*
tholicorum hac in parte moliminibus opposita fuisse, *Evangelico-*
rum Gravamina satis superque docent. Ibi enim diserte queri-
monias

monias movent *Evangelici* Status, quod *Catholici* haec tenus bona Ecclesiastica mediata, a Clericis suis tempore Transactionis Passavensis, sive naturaliter, sive civiliter, sive intermisstice possessa, eripere sibi tentaverint causati, in illis quidem bonis jus reformati *Evangelicis* neutiquam competere. Vid. ipsa hanc in rem supra adducta Gravamina §. XXII.

Argumen- XLI. Denique quando porro subjungunt, hancque decisio-
tum XVII. nem observari jubent Pacificatores, *irritis prorsus anterioribus*
aut secutis pacis generalibus aut specialibus, *vel litibus motis,*
causisive decisis, vel etiam decretis, mandatis, rescriptis, paritoris,
reversalibus, litispendentiis, &c. ex ipsa Pacis historia demonstrari
 abunde potest, istam quoque clausulam machinationibus &
 postulatis Catholicorum unice fuisse oppositam. Annuebant enim
Hi quidem in ihsen Gegen-Vorschlägen Anno 1646. exhibitis, ut
 bona Ecclesiastica mediata Anno 1627. ab *Evangelicis* possessa, ad
 XL. Annos iisdem relinquenterur, sequentia tamen ab hac con-
 cessione ducebant excipienda. Jedoch sind hiervon diejenige geist-
 liche Güter, welche zwar Anno 1628. der Augspurgischen Confessions,
 Berwands Stand in Besitz gehabt seithier aber der damahligen Inn-
 habung gehabter titulus erlossen und expirati, wie nicht weniger den
 Catholicis in ein und andern *particular*-Fall am Käfserl. Hof-
 oder Cammer-Gericht zuerkannt / und dann wo neben dem Religion-
 Frieden noch andere absonderliche Verträge aufgerichtet / billich aufzu-
 nehmen / und es bey vorberührren Decisionen und Erklaßnüssen aller-
 dings bewenden zu lassen/ auch was wider die *particular*-Vertrag für
 Eingriff und Bergewaltigungen geschehen/wieder aufzuhaben/ und alles
 in den Stand zu setzen/darinn es vermdg solcher Vertrag seyn solle/ und
 die bishero wieder dazu kommen/ dabej zu erhalten / apud Londorp.
 Tom. VI. Lib. III. cap. 31. pag. 40. b. & seq. Verum his Catholicorum
 postulatis neutiquam acquieverunt *Evangelici*, poscentes, daß
 bloß dahin solte gesehen werden/ ob die Evangelische Anno 1618. qua-
 cunque Anni parte in würcklicher possession sich befunden / unerachtet
 des theils Orten eingeführten Interims, und vor und nach ergangenen
 particular Verträgen/ litispendentien/ rerum decifarum und der-
 gleichen &c. in ihren Gegen Erklärungs-Puncten apud Londorp. d. l.
 cap.

cap. 33. pag. 45. a. n. 18. & secundum hos etiam litem decisam esse, ipsa Pacis formula, quæ hodie extat, satis ostendit. Ut adeo licet forte generaliores hæ clausulæ videri queant, ex dictis tamen & ex mente Pacificatorum abunde eluceat, amoliendis tantum injustis *Catholicorum*, circa bona Ecclesiastica ab *Evangelicis* possefa, postulatis tum temporis easdem oppositas, & exinde etiam di-
judicandas esse.

XLII. Quamvis autem quæ hacceps enumeravimus argumen-
ta, ita comparata sint, ut judicio omnium, nisi fallor, corda-
torum & qui a partium studio heic remoti sunt, vel ad pertinacissimum adverbarium convincendum sufficere queant; auctarii
tamen & velut corollarii cuiusdam loco etiam hoc adjiciemus:
Quod Pacificatio haec in ejusdem tabulis passim, & speciatim quo-
que in *hoc* §. IX. n. 25. *Transactionis* nomine insigniatur; cui con-
sequens utique est, cum tales conventiones strictissimi juris, adeo-
que factæ cum una persona ad aliam extendendæ non sint, uti
communiter docent, magna rationum & testimoniorum con-
gerie adstrucatum certatum eunt J.Cti. vid. e multis Wesenbec. part.
I. *Conf. 15. num. 4.* & part. 2. *Conf. 75. num. 34. seq.* Brunnem. *Conf. 161.*
num. 50. seq. Mev. *Conf. 69. num. 13.* & 14. qui de publicis Transa-
ctionibus, quibus nititur quies publica, id in primis verum esse
notat, part. 2. *decis. 74. num. 3.* jung. I. 31. *Cod. de Transact.* & I. 27.
§. 4. *D. de pacif.* ideo terminum Anni 1624. definiendis litibus *Ca-*
tholicorum & *Protestantium* in Instrumento Pacis præstitutum, ad
illa litigia, quæ circa causas bonaque Ecclesiastica nonnulli forte
Protestantes inter se exercent, extendi neutiquam debere. Certe
vi transactionis, que per Pacem fieri solet, illæ solum controver-
sæ sopitæ & sublate censendæ sunt, que bello nonnulli implici-
tæ & innexæ fuerunt. Quoniam vero dissensiones, quas Prote-
stantes nonnulli inter se fortassis agitaverunt, *qua tales*, causas a
bellicis hisce Germanie motibus plane habuerunt separatas, sicut
aliquoties jam admonitum fuit, quis dubitet, easdem etiam hoc
loco prorsus alienas, neque sub dispositione Instrumenti Pacis
comprehensas esse.

XLIII. Evidem rationem hanc ut elidat Adversarius, non
 „se urgere id velle, *ait*, quod alias in talibus casibus allegari solet:
 „leges scilicet & Constitutiones quae ad observandam Pacem Pu-
 „blicam pertinent, quam latissime esse interpretandas, uti hoc in
 „simili adductum legatur a Consiliariis Electoris Palatini apud Leh-
 „mannum. *de Pace Relig. Act. Publ. Lib. II. cap. 17. pag. 285.* Sed dato,
 „non concessio (*ita pergit,*) legem hanc esse strictissimi Juris, exin-
 „de tamen aliud nihil induci posset, quam quod verbis textus sim-
 „pliciter inhærendum, iisque ne minimum quidem aut adden-
 „dum aut detrahendum sit; jam vero non eum, qui verba hæc:
 „Quaecunque Monasteria: item, *eadem omnia & singula: non attentis*
 „exc. prioribus: *unicum solumque hujus transactionis, restitutionis ob-*
 „*servantie que futuræ fundamentum sit: ex alienis territoriis, & simi-*
 „lia, univerfalia esse statuit, sed illum potius, qui universalia hæc ver-
 „ba, contra ipsorum reique de qua loquuntur naturam, ad illas tan-
 „tum restringere vult controversias, quæ inter Catholicos & Au-
 „gustanæ Confessionis Status intercedunt, exclusis reliquis, a stri-
 „cta verborum interpretatione recedere contendit, *Cap. III. Dis-*
sertat. Sect. III. §. 6. pag. 25.

XLIV. Etenimvero si qua forte usurpatum a nonnullis fuit
 illud, de interpretatione Constitutionum ad Pacem Publicam per-
 tinentium latissime facienda, axioma, non alio certe sensu ab iis-
 dem unquam intellectum est, quam quod illa quæ Pacem Publicam
 ledunt quietemque turbant, facile censeantur prohibita, ea
 scilicet ratione, ut hostilitates omnes atque violentia eo melius
 præcaveantur, qua etiam mente Palatini Consiliarii eodem usi sunt
 in libello illo apud Lehmannum *d.l.* nimirum ut conficerent hinc,
 Magistratum illa molimina, qui subditos suos Augustanam fidei
 professionem secutos multis modis affligant, duriterque habeant;
 & vim quoque ad eosdem extirpando adhibeant, neutiquam ju-
 sta, sed Religiose Paci omnino adversa esse. Quid vero hæc ad
 lites, quarum legitima in Judicio disceptatione Pax quiesque pu-
 blica adeo non temeratur, ut non alia potius via sit, qua hostilita-
 tes omnes motusque in Imperio publici præcaveri tutius queant?

Sed

Sed intetlexit fasis Ipse Diffrator, quam debile causæ fuit præsidium reponi in hoc canone queat, ideoque eundem se urgere nolle, ait, melius & efficacius fundamentum ex universalibus tex-tus verbis pro fulcienda sua sententia defumi posse, falso persuasus. Habet enim certe & ista universalitas terminos suos atque limites, subiectam nempe materiam, de qua sermo est, ultra quam extendi verba, utut universalia, non debent, nisi confusione rerum omnium viam aperiri, simul & legibus quibusvis perversissimum sensum affingi velis. Ponamus enim, de omnibus & singulis consensualibus contractibus in universum legem quandam promulgatam esse; an ad mutuum quoque & depositum, aliaque similia negotia eandem producemos, ideo quod universalis fuerit ista sanctio? nemo quidem sanus id dixerit, cum & menti legislatoris, ipsique recte rationi adversa foret ejusmodi extensio. Et certe hanc argumentandi rationem si sequamur, verendum omnino est, ne conventiones, pacta, transactiones omnes, quacunque etiam cura atque cautione initæ conscriptæque, in pravum detorquentur sensum, imo callidis hujusmodi & falsis interpretamentis eludantur penitus atque subvertantur. Pariter & cum solidissimis rationibus adstructum anobis antea fuerit, de controversiis solum *inter Catholicos & Protestantes* sermonem heic esse, frustaneum plane & tantum non cavillatorium foret, si ex particulis quibusdani universalibus, Pacis Instrumento hinc inde insertis, sed ad subiectam materiam semper & ubique attemperandis, contrarium sensum elicere quis & exculpere vellet. Quia de re infra fortassis uberior differendi erit occasio.

XLV. Et haec, quæ de restrictiori interpretatione hactenus Argumen-diximus, eo magis etiam locum sibi heic vindicabunt, quod terminus ille Anni 1624. in Instrumento Pacis definitus, in odium potius quam favorem *Protestantium* constitutus fuerit, indeque restringi magis, quam ampliari eorum intuitu debeat; quam in rem digna sunt, que adscribantur verba *Judicii Generalis Extemporanei de scripto Brunsvic. Cœlensi contra Elector. Brandenburg. in causa Lockum &c. in fin.* Was das Religions-Werk benötigt so haben die Evangelischen viel Ursachen, den terminum de Anno 1624. mehr

zu refringieren als zu extendiren bevorab Thnen solcher wider Willen aufgedrungen worden / und zwar in favorem Catholicorum, quæ & notanda idcirco monet D. Schilter Lib. VII. egregii de libertate Ecclesiar. German. Operis, cap. 13. § 4. p. 110. Ne id nunc urgeamus, difficilius semper procedere interpretationem quæ extendet, facilius quæ arcet, ut loquitur Grotius Lib. II. de Jure Belli & Pac. cap. 16. §. 20. Conf. Pufendorf. de Jur. Nat. & Gent. Lib. V. cap. 12. §. 17. cuius rei ratio in eo forte querenda est, quod, causa legis inventa, quæcumque ea fuerit, an casu dato insit nec ne, solummodo expendimus, & si non insit, sed cestet, ipsam coatinuo legem cestare, & restrictivæ adeo interpretationi locum esse, concludimus. At vero, quoad extensionem legum, causam & rationem indagatam in casu proposito locum habere etiam videntibus, nondum tamen extendere legem concessum est, sed circumspicere antea non perfunditoria curiositate oportet, an contraria Legislatoris voluntas probari, vel ob exoriens legis viatum & imprudentiae argumentum, præsumi queat? quam ipsam considerationem sœpe numero non ita in proclivi esse, recte monet Nomicus Pacemutus Analyticophilus, s. Vincentius Placcius de JCto perfed. cap. V. §. 10. Quanquam nobis quidem pro fulcienda ea sententia, quam verba pariter & mens legislatoris manifestissime probant, ad restrictivam interpretationem confugere minime, sed illud tantum providere necessum sit, ne qua & menti Pacificatorum, & omnibus bona interpretationis regulis adversa admittatur extensio; saltem cognosci hinc poterit, quam difficulter extensiva legum interpretatio concedi soleat, quæ ideo monere hoc loco Dissentientem, non intempestivum duximus.

MEMBRUM III.

Argumenta specialia , ex §. XV. num. 45. 46. & 47.

Art. V. Instrumenti Pacis deprompta , per-
tractans.

COM-

COMPENDIA.

*XLVI. Facto ad §. XV. J. P. inde; petita argumenta progres-
su, proponuntur Gravamina Ec-
clesiastica Evangelicorum, &
quid ad ea responderint Catho-
lici, summatis narratur.*

*XLVII. Repetunt sua Grava-
mina Evangelici, alias Pacis le-
ges proponentibus Catholicis, sed
rejetas a Protestantibus.*

*XLVIII. Ultima Catholicico-
rum & Evangelicorum Decla-
ratio.*

*XLIX. Deducitur hinc argu-
mentum (20.) De redditibus bo-
norum Ecclesiasticorum inter Catho-
licos tantum & Evangelicos
ut disceptatum, ita & trans-
actum esse.*

*L. Superiori recensita argu-
menta generalia hic repetenda,
& in memoriam revocanda.*

*LI. Accurior §. XV. ejusque
num. 45. & seqq. evolutio.*

*LII. Argumentum (21.) de-
sumptum a connexione num. 47.
cum membro antecedenti bujus
§. per particulam implicativam
etiam.*

*LIII. Argumentum (22.) Per
ceteros Status Imperii in Art.
V. J. P. §. IX. num. 47. non alios*

*posse intelligi, quam Catholicos
cum Catholicis, & Protestantes
cum Protestantibus super redi-
tibus Ecclesiasticis litigantes.*

*LIV. Obiectio Adversarii :
Per verba num. 47. §. XV. ex a-
lienis territoriis non Catholicorū
tantum, sed omnium om-
inimo Imp. Statuum territoria
indigitari.*

*LV. Cui respondetur 1. Quo-
rumnam Imp. Statuum territo-
ria heic velint intellecta Pacifica-
tores, jam satis Eosdem expo-
fuisse, cum in procēmio, tum aliis
Articuli V. locis, quibus hec ver-
ba non contradicant.*

*LVI. Respondetur 2. Etiam
de decimis hoc ipso loco eadem
verborum generalitate dispositum
esse, que tamen dispositio
tantum inter Catholicos & Pro-
testantes obtineat.*

*LVII. Respondetur 3. Precul
dubio Evangelicorum, aut alia
equipollente voce d. l. usos fuis-
se, & uti debuisse Legislatores, si
Eorum etiam controversias inter
se b. volutissent decisas.*

*LVIII & LIX. Proposta ab
Adversario §. XV. interpretatio
examinatur, & refellitur varie.*

XLVI.

Postquam igitur §.IX. num.25. *Articuli V. Instrumenti Pacis* ita haec tenus entucleavimus, ut nemini facile dubium superesse queat, quin unice ibidem controversiae Catholicorum & Protestantium, quas circa bona Ecclesiastica diu multumque eousque inter se agitaverant, decisae & composite sint; sequitur, ut ad penitiorem quoque §.XV. num. 45. 46. & 47. ejusdem *Articuli evolutionem*, ubi quid circa redditus bonorum Ecclesiasticorum ex alieno territorio debitos juris esse debeat, cautum provisumque est, & in quo magnum causa sua praesidium collocare videtur Adversarius, nunc accedamus. Quod ut rite fiat, præcipua Catholicorum & Evangelicorum postulata atque Gravamina, quæ circa hanc rem, priusquam certi quid de eadem definiretur, in Conventu Osnabrugensi agitata fuerunt, hoc quoque loco enarrare ante omnia constitutimus. Ita enim firmiter nobis persuasum est, genuinam Transigentium & Pacificatorum mentem non aliunde rectius, quam ex illis, qua compositionem Pacis antecelfere, mutuis disceptationibus, condisci posse, sicut jam *supra* admonitum a nobis fuit. Ut ergo disserendi initium faciamus, *Evangelici*, ob redditus ex alieno territorio debitos, in *Gravaminibus suis Ecclesiasticis*, quæ Anno 1645. Legatis Cæsareis in Conventu Osnabrugensi obtulere, sequentibus verbis fuerunt consequentiæ:

Renten/ Zinse/ Gült/ Zahenden/ und andere Inträden/ so die Evangelische Stifffer/ Kästner/ Hospitalien in Catholicischen Landen zu ordnen haben/ sollen vermög des Religion/ Friedens und Reichs/ Abschieds ihnen unweigerlich gefolgt/ wie auch von denen Geistlichen Gefällen/ so wie obsteht/ aus den Evangelischen Orden in Catholicische Lande gehörig seynd/ die Ministeria, Schulen/ Hospitalien und Almosen/ die sie vor diesem zu bestellen schuldig gewesen/ auch ins künftig bestellt werden/ so wird doch denne Schnurstracks zwider gelebt/ die Diensten nicht abgefolgt zu den Almosen keine Evangelische gelassen/ die Ministeria und Hospitalia bestellen sie auch nicht/ und sonderlich in Reichs/ Städten/ da vor diesem hende Religionen bey einander gewesen/ gehen in diesem Punct sehr grosse Beschwerungen vor/ wie die Augspwarsches/ Weissenburgische/ Viberachische/ Kaufsbayerische/ Dinkelspielische/ Rabenspur-

venspuegßiger Einquartirung, und anderer Siedlern mehr Gravamina je-
dermägnlichen bewußt seynd. apud Londorp. Tom. V. Lib. II. cap.
II. 4. num. IV. pag. 1049. Ad huc Catholici in Responso suo sub ini-
tium Anni 1646. exhibito, reposuere: falso queri Evangelicos, Catholice-
rum ad ea Responsum.
quod reditus sacri e Catholicorum ditionibus provenientes, qui
que ad Cœnobia ab Evangelicis occupata antea spectaverunt, a
Catholicis Ordinibus detineantur: cum certum sit, nullum plane
jus ad illos reditus Protestantibus competere, eo quod tempore
Pessavensis Transactionis ab iisdem possessi non fuerint. Nec mi-
nus veritati adversum esse, ajebant, quod Catholici, reditus ex Pro-
testantium territoriis sibi debitos, in Ministeria, Scholas & elec-
mosynas, juxta morem hactenus receptum, impendere neglexer-
int: sicut uberiori cognosci potest ex Londorpio d. Tom. V. cap.
117. pag. 1070. ad IV. Gravamen.

XLVII. Quanquam vero Evangelicorum postulatis, quoad
reditus Ecclesiasticos, non assentirentur hactenus Catholici; Illi
tamen animo hinc minime fracti, explicatius eadem his verbis
iterato proponebant: 1. Wegen der Renten/ Gült/ Zehend und Zin-
sen/ davon das vierde Gravamen redet/ bleibt es billich bey den flaren
Buchstaben des Religion-Friedens/ daß die Renten/ Gült/ Zehend und
Zinsen/ die den Evangelischen Stiftungen/ sie seynd Mediat oder Im-
mediat, vor oder nach dem Religion-Frieden in der Evangelischen
Hände kommen/ aus denen Catholicischen Landen zugehörig seyn/ ihneu
dieselbe hinführō unweigerlich gefolgt/ auch das auf Catholicischen/ außer
dem Land gelegenen Klöstern/ hergebrachte Fuz protectionis, Advo-
catie, und andere Gerechtigkeiten/ nicht widerforschen werden. & post-
quam num. 2. si qui reditus ex bonis sacris ad Evangelica tempa,
Scholas, aliosque pios usus destinati sint, ut illi etiam tunc, quan-
do fundatorum posteri ad Catholicorum sacra vel transierint jam,
vel transiuntur in posterum sint, salvi nihilominus sibi essent, po-
stularerant, ita in seqq. pergunt: 3. Die Rent/ Gült und Zehenden/
welche aus andern Territorii solchen Stiftungen zuständig/ die anje-
ho ganz destituit und abgangen/ sollen deme verbleiben/ der Anno 1618,
in possessione vel quasi gewest/ dieselbige Reditus einzuführen; Sol-
ten aber seithero 1518. Klöster desolat worden seyn/ oder künftig in Ab-

gang kommen / sollen die *Intraden* / die aus andern Territoriiis darin gewidmet / nachmahlis in das Territorium folgen / darinn das abgegangene Kloster gelegen / 4. Wann ein Stift oder Kloster 1618 sich in possessione vel quasi besunden / in anderes Territorio noval oder Novi Zehenden zu fordern / soll dabej verbleiben / Welche Stifts / Klöster und Geistliche aber Anno 1618 Noval / Zehenden zu heben / nur in Ubung gehabt / sollen es hinführō auch nicht begehren / 5. Was im Religionen Fried in §. Als auch den Ständen v. verordnet wird / ist billich / daß es unveränderlich gehalten werde apud Londorp. Tom. VI. Lib. III. c. 30.

Alias pacis leges proponunt Catholici: p. 38. b. seq. n. IV. Sed alias incunde pacis rationes hac in parte proponebant *Catholici* : qui id quidem largiebantur , ut redditus Ecclesiastici ex terris *Protestantium* sibi debiti , ritu institutoque Majorum , in Scholarum , Ministeriorum similesque usus converterentur , adhibito tamen moderamine quod legi potest apud Londorp. d. Tom. VI. cap. 31. pag. 40. ad IV. illos autem Reditus , qui ex *Catholicorum* territoriis debentur *Protestantibus* , silentio plane transmittebant. Verum & has iterum concordia leges respuebant tum temporis *Protestantes* , volebantque , ut census atque redditus Anno 1618. ab *Evangelicis* percepti iisdem redderentur , ut constat ex Ipsorum Declaratione (Der Evangelischen Gegen-Erläuterung. Puncten) apud Londorp. d. Tom. VI. Lib. III. cap. 33. pag. 46. b. cuius contenta quoniam cum iis , quæ sub initium *hujus* §. jam recensuimus , per omnia fere convenient , ideo hoc loco eadem

repetere supervacuum ducimus.

Declaratio ultima Catholico-rum & Evangelicorum. XLVIII. Mense autem Julio ejusdem Anni 1646. nomine *Catholicorum* alio quadam Scripto (der Kaiserlichen Plenipotentiario-rum Endliche Erklärung) juribus quidem , quæ *Evangelici* in Cœnobia Catholica suis in terris sita sibi vindicare nitebantur , contradicunt , ut videre est apud Londorp. d. I. cap. 31. pag. 13. a. n. n. de ceteris vero *hujus* *Protestantium* Postulati capitibus nihil motum invenio. Quare sequente statim mense Augusto *Evangelici* Ordines in *ultima Declaratione* sua (Endlichen Gegen-Erläuterung) Postulata quidem circa hunc Articulum jam ante proposita , iisdem fere verbis repetebant , saltem quod restitutionis terminum in principium Anni 1621. nunc conjicerent , apud Londorp. Tom. VI. Lib.

Lib III. cap. 33. pag. o. b. n. XVII. Ab isto tempore quid circa hunc restitutioonis terminum porro inter partes disputatum, & quomo do tandem in Anni 1624. initium conserendum utrinque fuerit, hoc loco pluribus exponere nimis prolixum foret; exequuntur id uberioris jam saepius nobis laudati Samuel Pufendorf. *Commentar. de Reb. Suecic.* & Tobias Pfanner (quem scripti egregii esse auctorem, indubitatim nobis est) *Hist. Pac. Westphal.* locis jam supra §. XXX. *hujus cap. pag. 53.* indicatis.

XLIX. Cum ergo ex hac quoque rerum gestarum serie me-
ridiana luce clarius appareat, quod de redditibus bonorum Ec-
clesiasticorum inter *Romanos-Catholicos*, & qui *His* obnitezantur,
Evangelicos Imperii Ordines unice disceptatum tunc temporis,
& tandem *inter Hos ipsos*, non alios, conventum & transactum
fuerit, ut omnes istae lites ex possessione d. 1. Januar. Anni 1624.
dijudicari in posterum debeant; primum idque solidum prorsus
pro corroboranda nostra sententia argumentum inde deprome-
re, eodemque confirmare porro licet, quod legalis haec Instru-
menti Pacis Artic. V. §. XV. n. 45. seqq. inclusa dispositio tantum
inter *Protestantes & Catholicos* Imperii Status locum habeat, ad
lites autem *Protestantium* *inter se* neutiquam extendi aut produ-
ci possit. Quod pluribus heic prosequeremur, nisi jam supra ad
§. IX. n. 25. *hujus Articuli* id praestitum a nobis abunde, simulque
Adversarii objectionibus hac in parte satisfactum esset. Vid. §
XXVI. seqq.

L. Illud tamen adhuc monuisse opera pretium fuerit, an-
tequam ad ipsius §. *hujus* XV. accuratiorem expositionem pro-
grediamur, multum conducere ad faciliorem ejusdem intelle-
ctum, si quis argumenta illa generalia longa serie *Capitis* *hujus*
set. II. a nobis recentita cum in universum, tum id in primis in
mentem sibi revocare sustineat, quod haec *Pacificatorum* mens
fuerit, ut ille tantum Statum Imperii controverbia circa bona
Ecclesiastica, que ex ipsa Religionis diversitate, *qua talis*, exortae
sunt, hoc *Articulo* V. terminarentur. Cui considerationi qui &
illud denuo heic adjecerit, quod in premissa huic *Articulo* *præ-
fatione* disertis verbis expressum sit, illa tantum gravamina, que
presenti

presenti velo easam & occasionem dederint, quæve inter urvis que Religionis Electores &c. vertuntur, eodem decisa esse, & ad hanc normam, ceu lydium lapidem, legem nostram, quam nunc evolvendam sumus, exigat, ei sensus ejusdem non modo plenus & perspicuus, sed & illud simul manifestum erit, omnes illorum conatus, qui & Statuum Imperii Protestantium controversias hinc decidere satagunt, frustraneos scopoque Legislatorum multis modis adversos esse.

LI. Postquam enim in §. hoc XV. ejusque primo membro *num. 45.* ratione redditum ad bona Ecclesiastica eorumque professores pertinentium, observantiam Pacis Religiosæ in §. Dagegen sollen die Stände Augspurgischer Confession &c, 16. & §. Als auch den Ständen &c. 21. (quorum priori id cavetur, quod Status Augustanae Confessionis Catholicos in perceptione redditum non magis, quam in ipso Religionis cultu turbare, noxamque aut injuriam iisdem hoc nomine inferre debeant; posteriori autem Ordinibus Augustanae Confessionis pristina jura sua, quæ ante exortum in Imperio Religionis diffidim in his ipsis redditibus, qui ex suo territorio Catholicis præstandi sunt, habuerunt, imposterum quoque *integra* salvaque esse jubentur) commendassent Pacificatores, mox *num. 46.* statuitur, quod redditus, qui ob mediatas vel immediatas fundationes Ecclesiasticas, sive ante sive post Pacem Religiosam acquisitas, & quidem (ut ex seq. n. 47. ipsisque legis verbis & tota ejusdem structura, pluribusque aliis jam jam adducendis rationibus appareat) tales, que *adhuc in vigore sunt*, Statibus Augustanae Confessionis et Catholicorum Provinciis debentur, quorumque in possessione Anno 1624. Calendis Januar. iidem constituti fuerint, posthaec quoque sine ulla exceptione illis exsolvi debeant; ubi de Advocatarie, aperture, hospitationis, operarum, aliisque juribus, quæ in Catholicorum Ecclesiasticorum divisionibus Statibus Augustanae Confessionis, aut Catholicis in territoriis Evangelicorum, forte competunt, cautio quædam una adjicitur, quæ ibidem legi potest. Ne autem quis putet, redditus hujusmodi, decimas & pensiones illo tantum casu præstandas esse, quando fundationes adhuc durant & in vigore permanent, iisdem vero

vero collapsis, redditus quoque ob eas debitos simul extintos censer; ideo, præcavendis itus dubiis, statim, & ne unius scil. legis partes divellerentur temere, aut ad aliorum quam de quibus hec agitur, Imperii Ordinum lites, contra mentem Legislatorum, extenderentur; *num. 47.* hujus ipsius paragraphi, subjicitur diserteque sanctitur, quod ejusmodi etiam redditus, *fundationibus iam destrutis*, & forte in alias pios usus conversis, *Augustane Confessionis Statibus, ex alienis territoriis, a Catholicis debiti*, iisdem porro exsolvi debeant, si modo principio Anni 1624. in confessione eorum fuerint constituti: idemque terminus in decimis quoque ex alieno territorio præstandis, observari præcipitur. Unde perspicue jam elucescit, tertium hoc atque ultimum hujus Sanctionis d. §. XV. comprehensæ membrum, proxime præcedenti ejusdem & secundo membro neutiquam, ut Adverfarius vult, ratione subjectorum opponi, ita ut *anteriori* quidem membro de controversiis ratione reddituum Ecclesiasticorum *inter Catholicos & Protestantates*, hic autem de litibus *Protestantium inter se* agatur, sed manifeste potius eidem subordinari. Certe enim si quis ipsum hunc §. semoto omni partium studio introspicere, & paulo attentius secum expendere velit, haud difficulter deprehendet, quod in ultima hac ejus sectione nihil haçenus, nisi amplior quædam præcedentis declaratio, continetur. Etenim cum in *n. 46.* simpliciter, nullaque adhibita distinctione, de fundationibus locuti essent Pacificatores, facile autem dubium alicui cooriri potuisset, an etiam destructarum & collapfarum, aut quæ postea collaborerentur, fundationum redditus juxta Sanctionis hujus normam exsolvendi sint, nec ne; ideo amputandis saltem, (non aliud finem) hifce dubitationibus, ipsisque, quæ exsurgere hinc poterant, suffocandis litigiis, expedire judicatum, non immerito fuit, si specialius etiam exprimeretur, quid juris circa hæc esse, quidve, ubi casus contigerit, observari statuque debeat.

LII. Quanquam vero hic ipse legis sensus in se planus Argumen-
& apertus sat, mentique Legislatorum, quæ omnem pagi-
nam facit, exesse conveniens & consentaneus sit, adeo ut ul-
teriori firmamento non indigeat; non ingratum tamen Lectori
futu-

futurum credimus, si ex ipsis, quibus promulgata est, verbis amplius eundem comprobemus. Et principio quidem, vel ex structura, ultimique hujus membra five numeri 47. cum antecedenti connexione, non leve pro confirmando nostra sententia argumentum depronire possumus. Ista enim legis sectio non per particulam *autem s. vero* (quales tamen dictiones, si de licibus *Protestantium inter se*, adeoque de alio quam in antecedentibus subiecto, heic ageretur, adhibita haud dubie fuissent) sed per verbum implicativum *etiam*, hoc modo praecedenti numero jungitur: *Reditus etiam nec non decima &c.* Jam vero constat, naturam hujus particulae esse, ut similitudinem & identitatem inferat, repetatque praecedentia cum omnibus suis qualitatibus. Zepper. *Cynosur. Legal. cap. 92. num. 29.* & dispositionem antecedentem ampliet & extendat, Mund. *Consil. Tractatui de Muner. & honor. subiecto, num. 110. & 122. pag. 449. & 451.* Vid. Besold. Dietherr. Wehnerum, aliosque Lexicographos *hac voce*, & quos ab his citatis superaddit Zepperus *dict. cap. 62.* quod qua ratione & hoc loco praestitum sit, jam in praecedenti §. declaratum ostenditque a iunde est.

Argumen. LIII. Porro ex verbis etiam finalibus hujus §. aliam eamque
tum XXII. solidam profecto rationem pro nostra hac sententia mutuari li-
cet. Postquam enim, quid circa decimas servari utrinque de-
beat, ibidem definitum est, mox adjicetur: *Inter COETEROS Sta-
tus Imperii & subditos id juris esto, quod Jus Commune, vel cuius-
que loci confuerudo & observantia de decimis ex bonis novalibus con-
stituunt, aut per actiones voluntarias constitutum est.* Quo loco
per COETEROS Status, non Catholicos cum Protestantibus,
aut Protestantes cum Catholicis litigantes intelligi posse, inde,
opinor, manifestissimum est, quod de illis eorumque circa redi-
tus bonorum Ecclesiasticorum litigiis, in verbis antecedentibus
jam locuti erant Pacificatores, a quibus eos Imperii Status, quos
hoc versiculo designant, aperte fecernunt; *Ceteri enim & reli-
qui* dicuntur respectu aliorum, & collationis note sunt, Goedd.
ad l. 95. D. de verb. signif. num. 1. at vero aliam personam esse re-
terentem, aliam iterum, & a priori diversam, relatam, sive eam
qua

qua cum altera confertur; ideo necesse est, quoniam per rerum naturam fieri aliter non potest, quam ut relatio ejusmodi inter plures sit. Neque vero *Catholices* solum *cum Catholicis* litigantes, exclusis *Protestantibus*, quas inter se habent, controversiis, significari hoc loco, inde apparet, *cum* quod prorsus divinatoria foret, nulloque subnixa fundamento, haec interpretatio, *tum* etiam quod nulla omnino ratio reddi posset, cur in causis *Protestantium contra Protestantes*, ex Adversarii quidem sententia, terminus Anni 1624, in causis vero *Catholicorum contra Catholicos* sola Juris Communis dispositio, vel cuiusque loci consuetudo, locum habere atque observari deberet. Nihil ergo restat, quam ut dicamus, per ceteros Imperii Status vel *Catholicos sue Religionis Ordinibus*, vel ipsos *Protestantes* sibi invicem item intendentis, hoc loco intelligendos esse. Quo ipso simul & illud conficitur, quod in superioribus hujus num. 47. verbis nequaque de controversiis *Protestantium inter se*, verum de illis, quas *Protestantes cum Catholicis* fovent, unice actum & conventum inter pacientes fuerit. Et hanc etiam sententiam suo testimonio comprobat, qui peculiari *Consultatione de Pace Civilis Religionis data totam περιουσιαν Articuli V. Instrumenti Pacis Osnabrugensis* haud ita primè excolere instituit, aliquoties jam ad partes nobis vocatus, D. Jo. Deckherrus. Is enim cum ad interpretationem num. hujus 47. ex methodi lege, quam fecutus in illa interpretatione est, pervenisset, & quid circa decimas inter *Protestantes* & *Catholicos* in anterioribus ejusdem verbis statutum, docuissest, statim subnebet: *Quid vero de Catholicis contra Catholicos & Protestantibus contra Protestantes agentes, statuendum sit?* satisque apposite & prorsus ex sententia atque prescripto illorum, quæ paragrapho huic inferuimus, verborum respondet: *Jure illi Communi, consuetudine loci, observantia, initiorumve pactorum legibus utentur, Num. XXIV, pag. 91.* Nimur quoniam toto hoc *Articulo V.* nullas *Protestantium* controversias, quas inter se habent, publica & authentica sententia definire, Pacificatoribus propositum fuit, ideo si quæ forte hujusmodi inter ipsos orirentur lites, ea ad Jus

S. (10.)

Com-

Commune, locorumque consuetudines & observantiam, remittere satis habuerunt.

Obiectio,

LIV. Quid vero ad hæc Dissertator? Si ex saltem controværsiae, quæ inter Catholicos & Protestantes esse possint, fuissent decideræ sufficere potuisse illa quæ in d. §. XV. num. 46. hac de re statuta sunt: Quoniam autem falsus publica iusserit, ut nulla nolis circa bona Ecclesiastica reliqua maneret, hinc eas a Pacificentibus, quæ quoctunque modo jam natæ erant, aut nasci possent, lites in num. 47. siferas esse, idque ex eo probare conatur, quod ibidem non extet, *ex Catholicorum, sed ex alienis Territoriis*, quæ verba in propria & nativa significatione nunquam exaudiri possint de Catholicorum tantum Territoriis, sed omni omnium Imp. Romano Germanici Statuum Territoria iisdem indigitari a proprietate autem verborum ne in dubio quidem, nedum in aprico, recedendum esse, ex legum civilium, quas hanc in rem allegat, præscripto. Haecenus Ille, cap. 3. sed. 3. §. 4.

Cui respon-
detur. (i.)

LV. Atenimvero, haud sequitur, si tantum de illis redditibus Ecclesiasticis in d. num. 47. ageretur, qui Protestantibus a Catholicorum territoriis præstundi sunt, non utique illa verba *ex alienis Territoriis*, sed hæc potius, *ex Catholicorum Territoriis* usurpata fuisse. Neque enim (i.) jus fasque permittit, ut qua verborum formula mentem suam, super hoc illo negotio, exprimere debeat Legislatores, ab inferioris subsellii hominibus velut pro imperio iisdem præscribatur; neque opus semper, aut ex decoro est, ut, cum claris atque perspicuis verbis jam antea satis & in ipso forte sanctionis sue frontispicio, exprefserint Legumlatores, de quibus rebus, & de quo subiecto loquantur, postmodum ubi in rem præsentem, & ad ipsa legis capita, eorumque specialiorem tractationem perventum fuerit, admonent ubique & follicite, de quibus suam illam sanctionem velint intellectam, & inter quos locum eadem inveniat. Præfationum namque ea vis & indoles est, ut toti legi lucem fœnrentur taciteque semper censeantur repetita: & proamum veram causam, verumque finem cuiusque pati, contractus, transaktionis, & dispositionis censemur continere, unde interpretari, ex-

tendis.

tendi, vel restringi debet, adeo ut si quid in subsequentे dispositio-
ne reperiatur, quod proœmio non conveniat, aut effectum ejus non
assequatur, id secundum causam in proœmio expressam accipit ope-
rat, aut prorsum contemni, ut loquitur Geddeus Vol. IV. Consil.
Marburg. 38. num. 60. cum ibidem allegatis; quibus add. Wefen-
bec. part. I. Consil. 15. num. 1. & Merckelbach. inter Consilia Klo-
ckii adoptiva, a Dietherro non ita pridem publicata, Consil. 1.
num. 372. Et quid notius apud JCTos æque ac Philosophos est,
quam quod secundum subjectam materiam, & naturam rei, de
qua agitur, verba etiam generalia, de quo copiose post Everhard.
Topic. Legal. loc. 39. Zepperus Cynosur. Legal. cap. 43. & ad cau-
sam prius specificatam, & secundum quam fuerunt prolata, re-
stringenda sint. Sixtin. Vol. 3. Consil. Marburg. 12. num. 17. Stuck.
Consil. 10. num. 92. Conf. Eund. Consil. 8. num. 112. & Klock. Relat. Ca-
meral. 169. num. 176. Cum ergo non in praefatione tantum sive
proœmio, quod Articulo Instrumenti Pacis V. cuius pars scilicet
atque membrum est numerus iste 47. de quo nunc agimus, præ-
missum legitur, verbis maxime claris & apertissimis designave-
rint Pacificatores, quenam, qualesve, & quorum etiam Imperii
Statuum agitatæ hæc tenus controversiae ibidem decise sint, sed
& ubi ad ipsam litium circa bona Ecclesiastica transactiōnē es-
set deuentum, haud ambigue, nec simplici vice exposuerint, de
quibus quorumve Ordinum litigiis Pacificatoria hæc sanctio de-
beat intelligi; quis audeat affirere, præcise fuisse necessitatē,
ut isthæc toties expressa, & ad fatietatem usque commemorata,
otiosa & molesta omnibus repetitione, incularentur denuo at-
que determinarentur. Certe sufficit, verba hæc ex alienis ter-
ritoriis cum aliis qua hoc Articulo, iisque præfertim qua proœ-
mio ejusdem continentur, nullam prorsus contradictionem invol-
vere, adeoque non excludi per illa reditus qui ex Catholicorum
territorio Protestantibus Imp. Statibus debentur neque obstatere
eadem, quo minus adhue de litibus, quas circa bonorum Eccle-
siasticorum reditus Catholicī & Protestantes mutuo exercent, to-
tus paragraphus XV. Art. V. J. P. unice exaudiatur.

- (2.) LVI. Porro etiam (2.) Id reponi Adversario potest, in hoc ipso num. 47. ejusque prioribus verbis, de decimis *ex alienis territoriis* debitis indistincte & nulla, inter quos Imperii Ordines id juris servari debeat, facta mentione, statutum esse, quod *ex* dem non minus ac cœteri bonorum Ecclesiasticorum reditus ex principio Anni 1624. dijudicari debeant. At vero de ipsis tantum decimis, quas *Protestantibus a Catholicis, & His vicissim ab His* debentur, non autem, quas *Protestantes sibi invicem tenentur præstare*, hoc intelligendum absque omni dubio esse, recte docuit Deckherrus d. pag. 91. & res ipsa loquitur. Nam quid de his decimis, quas vel *Catholicici* aliis *Catholicis* Imperii Statibus, vel *Protestantes Protestantibus* debent, juris sit, & unde has astimari judicarique velint Pacificatores, in posterioribus demum verbis d. §. 47. vers. *Inter cateros &c.* dispositum est, sicut §. LIII. jam notavimus. Ut adeo licet verba, *ex alienis territoriis*, generalia videantur, neque expressum totidem verbis fuerit, quod inter *Catholicos* tantum & *Protestantes inter se* circa reditus bonorum Ecclesiasticorum litigantes sanctio hæc obtinere debeat, nihilominus tamen de his solis ea accipienda sit, semotis prorsusque hinc exclusis, quas vel *Catholicis cum sue Religionis Statibus*, vel *Protestantes cum aliis Protestantibus* exercent, litibus atque controversiis.
- (3.) LVII. Denique (3.) dum ea quæ in num. 46. statuta sunt, ad decidendas controversias *Catholicorum* cum *Protestantibus* sufficere, affirmat Adversator, id sentire videtur, quod in seq. nam. 47. de illis tantum reditus, qui *Protestantibus ex aliorum Protestantium* debentur territorio, agatur, quoniam alias dici neutrum posset, priorem illam *numero 46.* comprehensam sanctiōnem ad decidendas controversias *Eorum* cum *Catholicis* sufficere. Quod si verum esset, multo certe majori jure Dissidenti a nobis obverteretur, quod loco generalium istorum verborum *ex alienis territoriis*, que reditus non minus ex *Catholicorum*, quam ex *Protestantium* Provinciis debitos complectuntur, haud dubie *ex Evangelicorum territoriis* dixissent, aut aliis his æquipollentibus, & minus dubiis, verbis usi fuissent Pacificatores, quam *Catholicico-*

tholicorum vox desiderata e contrario ab illo fuit. Imo autem dicere, vocabulum *Evangelicorum*, aut idem significans quod-dam aliud, necessario adhiberi a Legislatoribus debuisse, si ea quidem eorum, qua ipsis hec assingitur, mens fuisset, eo quod de controversiis quas *Protestantes inter se* circa redditus Ecclesiasticos fovent, non modo in toto hoc *Articulo V.* nulla prorsus mentio facta, sed & tacite easdem sub legis dispositione ibidem comprehensas esse, ne quidem vel levissimo indicio demonstrari haec tenus potuit. Quin potius Legislatorum scopo atque intentioni non minus ac ipsi proœmio quod *Articulo huic V.* præmissum, & ubi totius legis summa *as in tuta* ob oculos posita lectoribus est, e diametro omne id adversari, multis maxime momenti rationibus, & argumentis supra probatum dedimus. Quis ergo sanæ mentis tam felici se ingenio natum existimabit, ut hariolari possit, de illorum etiam Imperii Ordinum causis atque negotiis, quorum nec in actione Pacis ipsisque tractatibus, uti vocant, nec in Pacificatoria hujus *Articuli V.* sanctione mentio facta uspiam deprehenditur, sed quæ potius cum alibi, tum in ipso statim ejusdem *Art.* principio tantum non diserte ab ejus dispositione exclusa sunt, tacite tamen ibidem actum tractatumque fuisse.

LVIII. Quæ omnia ut eo clariora magisque perspicua fiant, *Contra* ipsam nunc *paragraphi XV.* ab Adversario propositam interpre- *§. XV. in-*
lationem paulo preßius intueri, & quibus incommodis eadem *interpretatio* urgeatur, expendere decrevimus. Ita autem procedemus, ut ex *executitur.*
 mente Ejusdem dicamus: *secundum illud paragraphi XV. mem-*
brum in num. 47. quo de fundationibus, ob quas Augustanæ Con-
 fessionis Statibus e Catholicorum Provinciis redditus pendendi
 sunt, agitur, loqui vel *generaliter* de fundationibus non minus
 jam destructis & collapsis, quam de iis quæ, pristinis usibus reli-
 etæ, in vigore suo permanfere; vel *specialiter* de hoc tantum po-
 steriore, fundationum scil. in vigore adhuc existentium, genere;
 cum enim de collapsarum tantum fundationum redditibus ibidem
 agi, nemo unquam vel per somnium cogitaverit, nedum afferue-
 rit, alterutrum eorum quæ antea diximus affirmari a Dissidentien-

te oportet. Prius autem si statuatur, quod generaliter sic licet de omnibus peræque Evangelicorum foundationibus, & qui harum intuitu *ex Catholicorum* terris Iisdem debentur, redditibus Ecclesiasticis, textus ille intelligi debeat, (ut intelligi tamen circa veritatis præjudicium non potest) illud hinc & ex hac quidein, sed falsa hypothesi, consequitur, quod in *tertio* hujus §. membro *num. 47.* de illis tantum redditibus Ecclesiasticis, qui *Augustane Confessionis* Statibus, ob illas, quas diximus, fundationes, *ex aliorum Evangelicorum*, non vero de his, qui ex Catholicorum Provinciis iisdem præstanti sunt, agatur: *cum* quod definitum fatus abundeque in antecedenti *num. jam* sit, quid juris inter Protestantes & Catholicos circa reditus bonorum Ecclesiasticorum, etiam dirutis foundationibus & collapsis, esse, & quinam hoc casu è Catholicorum territoriis Evangelicis Statibus exsolyti debeant, quod otiosa plane repetitione, & duabus adeo vicibus in uno eodemque paragraphe denuo inculcare, certe supervacuum fuisset; *tum* etiam, quod duo illa membra diversa esse, & de distinctis duobus casibus agere, non ex ipsis verbis solum appareat, sed & Gravamina Imperii Statuum doceant, ubi follicite semper separata & discriminata se invicem fuerunt, sicut series illorum postulatorum tractationi hujus §. XV. *supra* a nobis præmissa, affatim ostendit. Hac itaque hypothesi & interpretatione flante, illud statim subnascitur incommodum & absurdum: (1.) quod nulla sic ratio reddi possit, cur in *tertio* hujus paragaphi *XV. membro, num. scil. 47.* quo de litibus Evangelicorum inter se circa redditus Ecclesiasticos, ex Adversarii quidem nostri sententia, solum agi, jam diximus, ille saltem casus de *collapsarum fundationum* redditibus decisus, alter autem eidem oppositus, quando fundationes nimurum adhuc extant & in perenni usu atque vigore hodienum mansere, silentio plane prætermisius a Pacificatoribus sit, secus atque in antecedenti *num. 46.* de litibus inter Catholicos & Evangelicos agitatis factum statutumque videmus. An forte redditus ejusmodi, ratione foundationum *collapsarum*, ex Protestantium territorio aliis Protestantibus, qui Anno 1624. in eorum possessione constituti fuerunt, debiti, in posterum quoque iisdem

iisdem exsolvendi, illi autem, qui occasione fundationum adhuc extantia praestari debebant, denegandi posthac erunt? Certe ex Adversarii sententia id omnino sequitur. At quenam obsero, diversitatis ratio est? Sane qua in vigore adhuc existunt fundationes non minori, sed multo etiam majori favore dignae videntur, quam quæ dirutæ pridem collapsæque fuerunt. Cur ergo hoc tantum, & non magis illo casu provenientes ex iis redditus erunt praestandi? Præterea si, quod tantopere urgetur, Paficicator mens hec fuit, ut omnes omnino circa redditus bona que Ecclesiastica lites tollerentur, non appetat profecto, cur non etiam illæ, quæ de fundationum adhuc extantia non minus, quam de collapsarum redditibus & pensionibus inter Protestantibus exoriri poterant, authentica & perpetuum duratura sanctio ne decisæ compositeque sint. Et reddat, qui potest, rationem, ob quam Protestantibus Imperii Statibus, a Catholicis quidem indistincte, sive adhuc extent fundationes, sive destructæ eadem collapsæque sint, non æque ab aliis Protestantibus redditus hactenus debiti exfolvi atque praestari debeant. Dein (2.) etiam illas lites quæ inter ipsos forte Catholicos ratione redditum Ecclesiasticorum cooriri possint, decidi hoc loco & e medio tolli, eadem ratione par fuisset, qua eas, quæ inter Protestantes hoc nomine agitantur, decisas esse, assérir: neque enim rarius parcus ve Catholicos, quam Protestantes, super bonis & redditibus Ecclesiasticis inter se litigare contingit. Denique (3.) etiam illud interpretatione huic gravissime obstat, quod nulla ratione ostendere queat Adversarius, in num. 47. nostra legis de controversiis & litigiis Statuum Protestantium inter se tractari. Si enim universalia textus verba, ex alienis territoriis, quibus etiam redditus ex Protestantium ditionibus exsolvendi comprehendantur, obverrat, eo ipso in nostram sententiam etiam ignarus invitusque concedet, quoniam ad hanc apprime, ex nexus antecedentium, multisque aliis ad satietatem dicam, an ad fastidium usque a nobis hactenus adductis rationibus, verba illa quadrant, & cum ipsa etiam Legislatorum mente, si hoc sensu accipientur, pulchre convenient. Quo minus autem ad contrariam nobis hypothesin tu-

to

to applicari eadem queant, id præcipue impedimento est, quod verba hæc generalia, *ex alienis territoriis*, paræ, imo majori, ut hactenus evicimus, jure de illis redditibus qui ex *Catholicorum*, quam qui ex *Protestantium* territoriis vicissim *Protestantibus* Imperii Statibus præstandi sunt, intelligi possint debeantque. Alio itaque modo ostendendum Adversario erit, cur generalia (siquidem ex verbis eam æstimare tantum velimus) ista sanctio ad illos præcise redditus debeat restringi, qui ex *Protestantium*, de his autem, qui ex *Catholicorum* terris exsolvendi sunt *Protestantibus*, salva Legislatorum voluntate, exaudiri non possit; quacunque vero ratione id facere aggredietur, non poterit non sibi ipsi contradicere & propria vineta cædere, quando toties ingeminavit hactenus, generalia legis verba esse, quæ contra eorum proprietatem ad unum ejusmodi casum restringi nequeant. Aut igitur scipio heic sibi conciliet, aut illam, quam diximus, hypothefin deferat Dissertator, neque defendere ulterius perget, in numero 46. §.XV. de redditibus ex *Catholicorum* territorio *Augustana Confessionis* Statibus exsolvendis generaliter, sive in *vigore* adhuc persistant eorum fundationes, sive *collapse* jam dudum destructæque sint, cautum provisumque a *Pacificatoribus* esse: aliter enim tentias, tot absurdas, incongruas plane & *dovatas* effugere nequamquam poterit. Plura adjiceremus, nisi in antecedenti §. non nulla hanc in rem a nobis dissertata jam tum essent.

LIX. His, inquam, difficultatibus premitur Antagonista, si prius, id nimirum assertere velit, quod *generaliter & indistincte* de omnium sive *collapsarum*, sive *extantium* adhuc & in *vigore* suo permanentium foundationum redditibus texrus in *num. 46.* intelligendus sit. Sin autem *posteriorius* arripiatur, & de foundationibus tantum in eo, quo primitus fuerunt, statu adhuc *subsistentibus*, non vero de *collapsis* & *extinctis*, eundem loqui affirmet, tunc charybdin, ni fallor, evitaturus in Scyllam incidet. Hinc enim grande istud absurdum necessario sequetur, redditus e *Catholicorum* territorio *Protestantibus* antehac debitos, eo casu ubi *collapse* & *destructæ* sunt foundationes, non amplius iisdem præstandos esse, ut in illorum possessione percipiendi Anno 1624. die

die 1. Januar. fuerint. Quod si verum esset, nullum fere, aut exiguum certe fructum, quantum ad istud caput, ex hac Pacificatione sentirent Protestantes, quando constat, plerasque ejusmodi fundationes pristinis suis usibus neutiquam relictas, sed ex sua religionis instituto immutatas nonnihil ab iisdem esse, ita quidem ut divino cultui nihil prorsus hinc deceperit; quod utique Protestantibus Imperii Ordinibus licuisse, sicut solidissimis rationibus a Conringio, Hornbeckio, Schoockio, aliisque ostensum pridem est, ita redditibus hujusmodi foundationum Eosdem omnino privare, quam sit a Pacificatorum scopo alienum, nemo non videt. Sed & illa ex hac quoque interpretatione renascitur difficultas, cur foundationibus jam destrictis, ex Protestantium quidem, juxta praescriptum legis in num. 47. non autem ex Catholicorum territorio debiti redditus iisdem praestandi sint, qua de re cum in §. antecedenti satis jam dictum fuerit, plura hoc loco adjicere merito supersedemus. Nimur in errores prolabuntur plane inextricabiles, quicunque hac in parte nobis contradicunt, & sensum ejusmodi a mente Pacificatorum alienissimum ex verbis legis conantur exculpere, ut nuspiam magis quam heic verum sit illud Aristotelis: Εὐὸς ἀτόπες δοθήσατο οὐράνιοι τὰ πολλὰ, dato uno absurdo sequuntur plura. Error enim, ut loquitur nonnemo, foecunda mater est, & uti fluetus fluctum trudit, ita errorem error. Nunquid autem genuinam hanc legis interpretationem reputabimus, quae tot absurditatum errorumque monstra nobis parit? Minime vero. Cum enim nemo sane mentis credendum sit velle absurdita, recte hinc colligitur defectus voluntatis in legislatore originarius, si absurdum aliquod sequatur. Vid. Grot. Lib. II. de I.B. & P. cap. 16. §. 22. Unde & JCti nostri in omni negotio ita accipienda esse verba, monent, ut absurdum evitetur. Mantica de tacit. & ambig. Convent. Lib. II. tit. 13. Stuck. Conf. 21. n. 94. Sixtin. vol. 2. Conf. Marp. X. n. 146. & quos magna copia conduxit Zepperus Cynofur. Legal. cap. 34. Constat in super, illam interpretationem non esse tolerandam, per quam imperfectio aliqua atque vitium legi affingitur: quare in dubio ea semper adhibenda interpretatio est, per quam lex maneat perfecta.

T (10.)

perfecta

Vitanda in-
terpretatio
nde absur-
ditas oritur.

perfectissima: & cum interpres pro iumma & perfectissima Legislatoris prudentia presumere temper debeat, cavendum maxime eidem est, ne qua imprudentiae labe sua interpretatione Legislatorem conspergat; sicut haec ex recte rationis principiis uberior exequitur, & aliorum quoque JCtorum testimonis firmat Vincentius Placcius, sub persona Nomici Pacemuti, de *JCTo perfecto Cap. II. §. 4.* Cum ergo & ex hoc, qui legi nostrae affingitur, sensu insignis imperitiae aque ac incuriae probrum in ipso Pacificatores non possit non redundare, quid aliud supererit, quo scopuli isti tuto omnes evitentur, quam ut eam Adversator nobiscum amplectatur sententiam, quae & menti Legislatorum, & recte rationi, omnibusque bona interpretationis legibus ex ase conformis, & consentanea est. Plura non addimus: neque enim opus esse arbitramur, ut omnes & singulas quas *Cap. III. dissertat. scil. I.* pro stabilienda nostra sententia, uti pra se fert, gravioribus tamen & efficacioribus quibusq; callide prorsus disimulatis, Adversarius adduxit rationes, ab Eiusdem impugnatib; follicite nunc vindicemus, quoniam magno cum Lectoris tedium id sine dubio conjunctum foret. Quare talibus hac vice opinionem nostram robosae rationibus sufficerit, quae & coeteris evidentiores, & a nemine in dubium facile vocari queunt.

SECTIO III.

Qua excutiuntur Adversarii argumenta & confutantur.

COMPENDIA.

LX. Ingressus.

LXI. Respondetur primo a generalitate verborum deducendo argumento: ea tam generalia non esse, sed in ipso etiam contextu ad lites Catholicorum & E-

vangelicorum mutuas restringi.
LXII. In Pacificatione Religiosa verba universalia usurpari, neque tamen alias, quam Catholicorum, quas cum Protestantibus habuerunt, controversias ibidem

dem decimas, & mentem potius, quam verba, etiam maxime generalia, respiciendam esse:ditionibus quoque illis, que urgentur, taxativis & exclusivis terminum saltem causis hinc Ecclesiasticis praestitutum, non inter quos Imp. Status is obtinere debet, definiri.

LXIII. Resp. ad argumentum (2.) & ostenditur ex Actis circa Pacem Religiosam, historia Pacis Osnabrugensis, & ipsis hujus Pacificationis verbis, illas tantum lites inibi decimas esse, quae ex diversitate religionis exortae, bello Germanico causam & occasionem dederunt.

LXIV. Resp. ad (3.) Controversias, quae circa bona Ecclesiastica inter ipsos Protestantes agitantur, aut exceptas esse a regula, de observando termino 1. diei Januar. aut sub alia, & prorsus contraria, contineri. Blumii testimonio abutitur Adversarius.

LXV. Resp. ad (4.) Non de omnibus indistincte bonis Ecclesiasticis in Pacificatione Osnabrugensi tractatum esse; & si actum etiam conventumque de omnibus fuisset, conventio tamen illa non absolute & simpliciter, sed de controversiis tantum inter Ca-

tholicos & Protestantes, in cuius religionis circa bona Ecclesiastica exortis, foret intelligenda.

LXVI. Resp. ad argumentum (5.) Eodem, quo Protestantes contra Catholicos, circa bona redditusque Ecclesiasticos utuntur jure, His quoque contra Protestantes uti fas esse: neque ultra, & ut sibi invicem vel Catholici, vel Protestantes idem permittant, naturali aequitate aut Edicto Prætoris quenquam eorum obstringi.

LXVII. Resp. ad (6.) Indistincte verum non esse, quod per possessionem 1. Jan. habitam ius in bona possessa sibi quererit possessor pre aliis. Possessoris conditio non semper, & quatenus melior.

LXVIII. Resp. ad Argumentum (7.) Non opus fuisse controversias inter ipsos Protestantes agitatas, ab illis, que cum Catholicis Iisdem intercedunt, denou discriminare, cum iam ante dispositione articuli V. J. P. satis exclusive fuerint.

LXIX. Ratio, qua (8.) uitetur Adversarius, adequata non est minusque solida, cum ad Protestantes etiam & Catholicos, ex territoriis suis redditus Ecclesiasticos invicem petentes, applicari queat.

LXXX. Non agi hic de bonis redditibusq; Ecclesiasticis usibus saeris adhuc consecrandis, sed jam consecratis. Dominium quod privatus in rebus suis habet, territorii Dominus, vi dominii Eminentis, eidem intervertere non potest. Bona in territoriis Statuum Imp. sita, non semper Eorumdem jurisdictioni subjecta sunt.

LXXI. Locus Forstneri ab Adversario (9) allegatus, non de disensionibus ipsorum Protestantium

circa bona Ecclesiastica, sed de rixis nonnullis, circa titulos aliasque ceremonias loquitur. Lites inter Protestantes super bonis Ecclesiasticis motæ, non ex causa religionis, qua tali profluxerunt, adeoque huc non pertinent.

LXXII. A Jure reformati ad possessionem honorum Ecclesiasticorum invalida argumentatio. Jurireformati inter Protestantes Imp. Ordines an terminus Anni 1624. i. Januar. tanquam regula prescriptus.

LX.

Quanquam vero multis fortasse operæ pretium minime videbitur, ut de convellenda ulterius contraria sententia magno pere laboremus, quam tot nimirum jam telis confossum confutatamque sua sponte corruestruimus; attamen ne partibus nostris ullo modo defuisse, aut quicquam quod ad firmandam non minus nostram, quam manifestæ etiam falsitatis convincendam Adversarii sententiam, pertinere queat, temere negligibile, jure meritoque argui possimus, ideo sparfa hinc inde per totam Dissertationem & supra Secl. I. proposita argumenta hoc loco examinare, & ut omni armorum robore Antagonista exuator, refellere decrevimus. Quia in re tamen ne justo prolixiores sumus, in id sedulo incumbemus, ut neglectis aut obiter saltim tactis, quae ad rem non adeo pertinere, aut certe non magni momenti esse (qualia quidem occurruunt plurima) videbuntur, illis maxime inhæreamus, in quibus potissimum causæ sue præsidium ponere videtur Adversarius, & quæ præ coeteris forte glaucoma imperitorum oculis obducere, usdemque fucum facere facilis poterant.

LXI

LXL. Et id quidem quod de verborum ad certam speciem nusquam restricta generalitate, *primo loco* in scenam producitur, dilui facilime potest. Nam nec verba Instrumenti Pacis tam generalia sunt, quin ex ipso etiam contextu, & iis quae statim subjiciuntur, restringantur, uti supra ostensum a nobis abunde fuit. Ut cunque ergo in *Artic. V. §. IX. num. 25.* terminus i. Januar. Anni 1624. unicum solumque hujus transactionis & restitutionis fundamentum constitutus sit, semper tamen recurrat quæstio, an etiam lites, quas Protestantes nonnulli Imperii Status super bonis Ecclesiasticis eorumque redditibus inter se fortassis fovent, transactione hac comprehensa & decisâ sint, indeque illarum nomine restitutionis quoque beneficium indultum iisdem debeat intelligi, qui Anno 1624. in possessione constituti fuerunt? Quod eum & menti Paciscentium, ipsisque Tabularum Pacis verbis e diametro adversari, invictis prorsus & infallibilibus rationibus antea jam probatum dederimus, oppido hinc manifestum est, quam laborent in vanum, qui ex verbis quibusdam legis Pacificatoriae de plano arreptis, vel fiam defensare, vel nostram impugnare sententiam conantrur. Sane enim si ejusmodi argumentandi ratione, quæ Adversatio placet, uti fas est, verendum omnino erit, ne nulli in posterum pactioni, contractui, transactioni aut legi cuiuscunq; vis sua integra roburque maneat. Fac enim Legislatorem, cum de certo quodam delictorum genere ageret, omnibus & singulis, qui criminis huic obnoxios se reddiderint, gravissimam poenam intentasse: numquid eandem ad omnes de cetero delinquentes, hoc solum obtentu, pertinere dicemus, quod Nomotheta, postquam satis, de quo delicti genere sibi sermo esset, declaraverat, omnibus mox delinquentibus & indefinite ejusmodi poenam statuerit? nemo quidem fanus, opinor, ita judicaverit. Paro vero prorsus ratione neque in nostro casu, ex vocalis quibusdam hinc inde deceptis, validum contra nos necti poterit argumentum, cum ex iisque antegressâ fuit æque, ac quæ subjiciuntur statim, generalia illa, quæ putantur, verba ad Evangelicorum Imp. Statuum cum Catholicis hactenus exercitas controversias manifeste satis restringantur. Desinat itaque, quicun-

que heic nobis contradicere suffinent, nisi tota lege perspecta, una aliqua ejus particula proposita, disjudicare vel respondere, quod incivile esse, Celsus JCTus pridem monuit in *I. 12. D. de Legibus.*

LXII. Quando autem in *subsequenti §. 3.* verba quedam Civitatum Imperialium in Comitiis Augustanis, cum de Pace Religiosa condenda ibidem deliberaretur, proposita, ad confirmandam sententiam suam, in medium, ex Lehmanno *de Pac. Relig. Lib. I. Cap. II.* profert Adversarius, eo ipso causam profecto suam prodit magis, quam ut ulla ex parte eidem profit. Ita enim habent verba: Und nachdem der Geistlichen Renten/ Zins und Güter haben sich allerley Mißverständniss zutragen möchten / bielten sie solches nicht fugsamer abzustellen seyn/ als da dermassen Ein- und Fürsehung beschrehe / daß wie dessen ein jeder bey seinem jetzigen Inhaben / hinsür auch bis zu endlicher Vergleichung geruhiglich gelassen würde. Ubi „notandum esse, ait, vocabulum *ein jeder*, que distributiva partitcula ambitu suo omne individuum, imo terminos etiam inhabiles includat, prout id Civitatum Scriptor Knipschild eleganter in simili deduxerit, *Lib. II. cap. 3. num. 46.* (hunc enim, nisi fallor, locum, alioquin non expessum, indigit) Sed quid solidi hinc contra nos concludi queat, ego qualem nullus video; quin ita potius contra Auctorem Dissertationis inde ratiocinamur: Quoniam, non obstante vocula hac distributiva, certo constat, in Pacificatione Religiosa eas saltem circa redditus bona que Ecclesiastica controversias decitas esse, quas *Protestantes Imperii Status cum Catholicis*, non autem quas ipsi *Protestantes inter se* forte exercebant, ideo de Osnabrugensi Pace idem multo magis afferendum esse, quod ipsa etiam istius verba lites has satis restrinxerint. Quin &, si ultro largiremur, universalia maxime esse legis nostrae verba, & nulla sui parte limitata, ne sic tamen multum inde lucraretur Antagonista. Quis enim ignorat, in legum interpretatione ad mentem potius atque sententiam Legislatoris respiciendum esse, quam ad externum verborum conticem, cogitandumque semper non tam quid Ille dixerit, quam quid senserit, ut Cicero *lib. I. de offic.* loquitur, quare scire leges, non esse verba earum tenere, sed vim ac potestatem, scite admovit

nuit JCtus in l. 17. D. de Legibus. Quotiescumque igitur sententia & ratio legis strictior est verbis, & in casu occurrente cessa-re, adeoque plus scripsisse, minus sensisse, Legislator deprehen-ditur, toties restrictiva, quam vocant, adhibenda interpretatio-est. Vid. l. 40. pr. D. de petit. heredit. l. II. D. de in Jūs voc. l. 32. D. de pac̄. Cum enim leges ferantur de actionibus, quas etiam le-vissima quæque circumstantia immutat, fieri utique nequit, quin lex ita scribatur, ut in particulari persepe deficiat. Quomodo autem ex stricta illa, quam diximus, legis ratione, aut ex alia ca-tteroquin contraria lege, ex natura subjectæ materiæ, ob absurdum quod alias evidenter sequeretur, ex naturali ratione, aliisve cau-sis, generalia legis verba sèpius refringantur, id notius omne est, quam ut heic inculcari multis debeat. Sufficerit nobis hac vi-ce, quod salva Pacificatorum mente, ad eas controversias, quæ Protestantes Imperii Ordines circa redditus bonaque Ecclesiastica mutuo exercent, legis nostræ verba nequeant extendi, sicut jam supra prolixissime demonstravimus; ubi autem de mente Legis-latori conflat, verborum haud ita magna habenda ratio est, Rein-king. de Reg. sec. & Eccl. Lib. II. Cl. II. cap. II. n. 23. Conf. Vasqy. Controvers. Illuſtr. Lib. I. cap. 30. num. 4. seqq. Porro quod de na-tura dictiom exclusivarum & taxativarum adjicitur, superva-cuum non minus prorsumque inane est. Ponamus enim, esse hanc illarum vocum indolem, si affirmative ponantur, id quod afferunt, adeo affirmare, ut omne aliud efficacissime excludant, quæ Disserta-tionis cit. loc. verba sunt; Quid tum postea? Mira profecto ar-gumentatione opus erit, si quis hinc velit concludere, lites etiam Protestantium inter se Osnabrugensi Pacificatione esse decisas at-que compositas, ideo scilicet, quoniam unicam solung, ejus trans-actionis fundamentum ex termino Anni 1624. desumi Legislatores jubeant: cum his quidem verbis nihil minus, quam hoc indice-tur, quales quorundam Imperii Statuum contentiones & contro-versiae in Ari. V. Infr. Pac. sòpote sint, sed terminus saltēm hoc loco definitur, ex quo dijudicari posthac unice debeant lites & controversiae circa redditus bonaque Ecclesiastica hactenus agita-ta, ex scilicet, non aliæ, quæ Osnabrugensi Pacificatione decisæ atque

atque transacta sunt, hoc est, que Protestantibus cum Catholicis super causis illis Ecclesiasticis quondam intercesserant, & de quibus armis non minus quam calamō acerrime inter utrosque decertatum eousque fuerat. Si vero ulterius progredi, & ad ipsas etiam heic sublatas controversias, Imperiique, quos eadem tangunt, Ordines, vocum harum vim & efficaciam extendere velit Dissertationis Auctor, vereor, ne majoribus quoque difficultatibus se ipsum implicet potius, quam ut vel tantillum sententiam suam hac ratione juvet. Ecce enīn, annon meliori multo jure hoc in nos directum telum ita in Ipsū retorquebimus: quoniam ea sit harum vocalarum indoles atque natura, ut non tantum illud quod ponunt, affirment, sed & cetera omnia, omnes alias personas, alios omnes preter expressos, casus excludant, ut diserte Everhardus ab Adversario laudatus docet: *Topic. Legol. Loc.CXI, num. a.* nequaquam vero lites *Protestantium inter se*, (sic nec iporum Protestantium Imperii Ordinum ulla hoc intuitu mentio ibidem facta est) sed *Catholicorum tantum cum Evangelicis* circa bona Ecclesiastica eorumque redditus agitate contentiones in *Art.V. Instr. Pac.* reperiantur expressae; ideo has quoque solas eodem comprehensas, illas vero omnino hinc exclusas, credendum judicandumque esse.

Resp. ad II. LXXXIII. Atque sic primo suo conatu dejectus Dissertationis, cuius tradita sub examen haētenu vocavimus, Auctor, nunc, mis̄is verbis, rationem legis nostræ in subsidium vocat, eamque, sed sine omni, ut mox apparebit, ratione, universalem esse, ipforumque adeo Protestantium quoque super causis Ecclesiasticis inter se disceptatas lites complecti, probare contendit; quod quidem nemini, eorum quæ circa causas bonaue Ecclesiastica a tempore exorti in Religionē dissidii, conditæque Pacis Sacrae, & novissime etiam durante adhuc bello Germanico, inque ipsis Westphalicæ Pacis, ut vocant, Tractatibus, acta operose & disputata fuere, vel modice gnaro, facile persuadebitur. Veniam autem nobis dabit Lector, si, confutando eo manifestius huic Adverfarii argumen-
to, illorum, quæ antecedente sectione copiosius fuerunt dissertata,
paucā quēdam huc repetamus. Nimirum cum *Protestantes Im-*
pen-

perii Ordines superiori jam seculo curam circa sacra, ceu nobis
lém civilis Imperii partem, ex sue Religionis instituto, paſſim
ſibi vindicarent, indeque non ſolum quibus publice ritibus Nu-
men eſſet colendum, edicerent, fed &, vigore superioritatis ter-
ritorialis ſuper bonis ad uſus ſacros deſtinatis, mediate condi-
tionis, (ut cuncte Transactionis Paſſavientis tempore a Catholicis
aduocatis poſſeffiſi). ita diſponerent, prout primorum conditorum
voluntati, aut divinæ certe gloriæ propagandæ idoneum
maxime diſjudicarent; tum vero ingenti mox dolore iraque in-
cenſi *Catholici*, contra ius firme, ipſasque Religioſa Pacis tabu-
las, impertitum eadem liberum Auguſtane Confessionis exerci-
tium a Protestantibus Ordinibus, ad invadenda in Iphorum ter-
ritoriis ſita bona Eccleſiaſtica, extendi, querebantur, iſta, quam
diximus, Pacificatione ea tantum bona, majoris tranquillitatis cau-
fa, iisdem confeſſa cauſati, que ante Transactionem Paſſavien-
ſem occupata jam fuiffent. Que diſputatio magna animorum
colliſione inter partes ſepiuſ (ut ex *Actis de Pace Religioſa Publi-
cis*, a Lehmanno editis, cognoscere licet) repetita poſt fuit, do-
nec *Ferdinandus II.* Imperator, promulgato Anno hujus ſeculi
XXIX. *Editio*, omnia bona Eccleſiaſtica, que mediata appellant,
poſt Transactionem Paſſavientem occupata, reſtitui Catholicis
juberet. Quo ipſo non ſolum religione inter ſe diſſidentium a-
nimis magis magisque irritati, ſed & belli in Germaniae oris pri-
dem exorti flamma tanto mox impetu atque furore in omnes e-
iusdem Provincias ſparſa fuit, ut universa fere Germania eodem
conflagraret. Quare cum in Conventu Oſnabrugensi ſuper re-
ducenda Pace poſtea conſultaretur, diſſidiōrum cauſas primum
omnium amoliendas eſſe, haud ab re diſtinguitur, de bonis p̄-
ſerim rediſtibusque Eccleſiaſtici *Catholici atque Protestantis* Im-
perii Status diu multumque inter ſe diſceptaverē, donec in eam
tandem formula, quam ipſe Pacis Tabulae hodie exhibent, con-
ventum utrinque fuit. Et ne quis amplius de ratione pacifica-
toriæ hujus, ſuper bonis Eccleſiaſticis promulgatae, fanctionis du-
bitet, ipſum Inſtrumentum Pacis paulo attentius inſpici atq; con-
ſiderari velim. In hujus enim anterioribus articulis cum de A-

U (10.)

mnestia,

mnestia, indeque facienda restituzione, actum prolixiuscule fuisse, mox in frontispicio Articuli V. prefationis cuiusdam loco hunc in modum verba facium Pacificatores: *Cum autem praesenti bello magnam partem Gravamina, que inter uriusque Religionis Electores, Principes & Status Imperii vertebarunt, causam & occasionem dederint, de iis, prout sequitur, conventum & transactum est.* Ut manifesto scilicet hinc liqueret, illa saltem circa bona Ecclesiastica dissidia heic composita esse, quæ ex ipsa Religionis diversitate exorta, funestissimo huic Germaniae bello vel causam vel materiem dedere, quod cum de litibus, quas *Protestantes* forte nonnulli super his causis *inter se* exercabant, affirmari neutriquam possit, eas quoque nec terminatas ibidem esse, consequtitur. Id quod & ipse Dissertationis Autor haud obscure agnoscere videtur, quando dicit *scđ. II. §. 2. pag. 17.* terminum Anni 1624. 1. Januar. per modum Amnestie, tanquam medium adequatum, tollendis illis circa bona Ecclesiastica dissidiis, sancitum esse, affirmat; de quo uberiori dissiderendi heic nobis apparetur campus, nisi jam præstitum id supra *scđ. II. Membr. I. §. 10.* fatis superque esset. Tanta nimurum & adeo penetrans veritatis vis est, ut ignari etiam & inviti eam subinde fateri, nosfrisque testimonio juvare cogamur. Nullatenus vero sequitur: bona illa indistincte, sive ante five post Pacem Sacram occupata, restitui jubentur ei, qui i. die Januar. Anni 1624. in possessione constitutus fuit, ergo illæ quoque lites quæ bello Germanico nulla ex parte implicate, & forte *inter ipsos* tantum *Protestantes*, vel ante istam Pacem Germanicam mutuo agitate, vel postea agitari cœperunt, sub dispositione Artic. V. *Instrum. Pac.* comprehensæ eodemque decisiæ sunt. Cum enim Catholici, de bonis præcipue post Transactionem demum Passavensem a *Protestantibus* occupatis, litem iisdem intentarent, de illis etiam potissimum in Osnabrugensi Conventu actum fuisse apparet. Quoniam autem bona illa Ecclesiastica in universum varie jactata, ita, ut *Protestantes* Imperii Ordines suis quoque, jam ante illam Transactionem acquisitis, Coenobiis & Monasteriis, bellicorum præfertim motuum occasione sepius evoluerentur, ideo expedire Pacis Arbitrii censuerunt, ut istorum etiam

iam posseſſio de novo hac ratione affireretur confirmareturque. Judicent igitur hinc, qui judicandi aliqua facultate adhuc polent, quam vere Adverſarius pronuntiaverit, legis noſtre adeo uiverſalem rationem eſſe, ut omnes omnino bonorum Eccleſiaſticorum poſſeffores, omnesque circa eadem, etiam *inter ipſos Protestantēs*, agitatas lites decisione ſua complectatur.

LXIV. Quod *tertio loco* nobis oppofitum fuit, vel unico verbo elidi ſufficienter potest. Ut enim verum sit, regulæ in dubio ſtandum eſſe, probandum tamen ab Adverſario erit, terminum Anni 1624. i. Januar. non minus illis, quas *Protestantēs* non nulli *inter ſe*, quam iſtis, quas *cum Catholiceſis* haec tenus exercueret, diſcordiis & contentionibus removendis, generaliter a Paciſicatoribus fuſſe prefinitum: quod ut haec tenus fruſtra ab eo tentatum, ita nec in poſterum präſtitum iri, tam ſumus certi, quam immotis plane fundamētis demonstratum toties, & fere ad nauſeum uisque, a nobis eſt, vel exceptionem ab iſta, que jaſtatur, de obſervanda i. die Januarii A. 1624. regula, ratione bonorum & redituum Eccleſiaſticorum *inter ipſos Protestantēs* Imperii Ordines controveſorum, vel aliam, & priori illi prorsus contraria, regulam in Instrumento Pacis contineri. Quando vero terminum hunc in Judicio Imperii Camerali uiverſaliter haec tenus & sine omni exceptione obſervatum fuſſe, ex Blumio adſtruere laborat, in eo vehementer fallitur; cum id tantum *Proceſſus Cam. tit. XXIX. §. 19.* afferat Blumius, in Conventu Oſnabrugeſi complacuisse, ut poſſeffio i. Januar. Anni 1624. habita, unicum ſolumque futuræ obſervantia ac reſtitutionis in Eccleſiaſticis fundamen- tum poſthac agnoſcatur; num autem in Imperiali Camera lex illa haec tenus obſervata fuerit, nec ne, nihil plane ibidem pronuntiaverit. Quod tamen non eo monemus, ac ſi legis hujus, terminique, qui eadem ſancitus legitur, obſervantiam in dubium vocare animus nobis eſſet, ſed ut hinc ſātem velut ſpecimine quodam appareat, que fides in citandis Auctōribus Antagoniſta adhibenda, & quid in poſterum etiam de Eodem ſperare hac in parte fas ſit.

Resp. ad
IV.

LXV. Hac non processit, alia igitur nunc via *quarto loco*
 „nos aggreditur Adversarius. Nimirum, quoniam in Conven-
 „tu Osnabrugensi de omnibus & singulis bonis Ecclesiasticis, quæ
 „Ecclesia Romana Catholica sibi restitui optabat, tractatum, ibi-
 „demque mox sanctum fuerit, quod ex possessione Anni 1624.
 „I. Januar. omnia aestimari debeant: & vero sub his ipsis etiam
 „ea bona, quæ Status Imperii Protestantes ex alterius Protestan-
 „tis territorio petunt, comprehendantur, consequi hinc neces-
 „sario opinatur, terminum etiam Anni 1624. pro norma atque
 „regula isdem prescriptum, inque dijudicatione eorum unicè
 „observandum esse. Quod quidem ratiocinium, si in foro versa-
 remur, insigne forensis artificii & stratagematis specimen haberi
 posset, neutiquam vero ita comparatum est, quin solide refutari
 atque convelli possit. Cum enim occupatio bonorum Ecclesiasticorum
 ante Transactionem Passavensem à Protestantibus facta,
 per Pacem Religiosam disertè confirmata roborataque fuerit, S.
 Dierweil aber &c. 19. ita ut nihil planè juris in isdem sibi arrogare
 amplius potuerint Catholici, neque item unquam posthac
 Protestantibus eo nomine intentaverint; manifestum utique
 hinc est, si & illa forte bona, quæ Ordines Protestantes ex alio-
 rum Protestantium territoriis petunt, jam ante Transactio-
 nem Passavensem occupata fuerint, (sic ut pleraque ante hoc
 tempus occupata fuisse constat) tum vero neutiquam iis bo-
 nis Ecclesiasticis, quæ Romano-Catholicis restitui sibi postula-
 verant, eadem accenserit, proindeque nec affirmari satis tuto
 posse, quod in Conventu Osnabrugensi quicquam de illis actum
 decisumque fuerit, nisi bellicis, qui infecuti postmodum sunt,
 motibus, istorum bonorum possessione Protestantes iterum à Ca-
 tholicis fortasse deturbati, aut alia quacunque ratione lites quæ-
 dam circa ejusmodi bona exortæ, quæ bellicis illis turbis inne-
 xx implicataeque fuerunt: tunc enim dispositionem Instrumenti
 Pacis etiam in his, ante Transactionem Passavensem à Protestantibus
 occupatis bonis Ecclesiasticis, observandam esse, & ipsa e-
 jusdem verba satis aperte demonstrant, & nuspian à nobis ha-
 cetenus negatum est. Ex quibus nunc appetet, quām vera ad-
 ducti ab Adversario argumenti sit minor, quam vocant, propo-
 fitio

sitio, cùm nec dici de Catholicis, quòd omnia (si enim quædam tantum intelligas, non erit nobis adversa argumenti conclusio) illa bona Ecclesiastica, quæ Status Protestantes ante Transactionem Passaviensem occuparunt, quorunque magnam, absque dubio, partem ea bona constituant, quæ *Iudem Imperii Ordines ex aliorum Protestantium territorio* petunt, voluerint repeteret, multo minus Actis publicis, (quorum loca signari heic debuissent) id ipsum comprobari queat; nec si ostenderetur vel maximè, omnium omnino bonorum Ecclesiasticorum, atque adeo illorum etiam, quæ ante Passaviensem Transactionem, aut Pacem Religiosam occupata jam reformataque à Protestantibus fuere, *injeclam aliquando à Catholicis fuisse mentionem*, sicut facile credi potest, uniuersalem hujusmodi restitutionem serio eodem *opifice*, nondum tamen probatum ista ratione est, hujus illorum defiderii, Religiosa Paci è diametro aduersi, ullam fuisse à Pacificentibus, sive in Tractatibus tantum Pacis, sive in ipsa tandem Pacificatoria Lege, habitam rationem, quæ ad majorem contrarii argumenti propositionem velim notari. Et, ut liberius tractemus Antagonistum nostrum, quid si largiremur Eidei, de omnibus in uniuersum & singulis bonis Ecclesiasticis, sive ante, sive post Transactionem Passaviensem Pacemve Religiosam occupatis, nullis omnino exceptis, in Conventu Osnabrugensi tractatum, de iisque talem esse legem ex conventione latam, ut omnia iis omnibus & singulis, Electoribus, Principibus & Statibus relinquantur, qui i. Januar. 1624. in possessione reali eorum fuerint: an aliud hinc efficietur, quam *Catholicos aduersus Protestantes, & Hos vicissim contra Catholicos*, in possessione sua bonorum Ecclesiasticorum, quorumcunque tandem, quam i. die Januarii Anno 1624. habuerunt, defendendos, eademque dejecatos restituendos esse? Neque enim respectus ille *inter Catholicos & Protestantes*, in V. hoc Instrum. Pac. Articulo perpetuus, ulla verborum generalitate infringi aut tolli potest. Evidem constat, & ostensum à nobis copiose *superiori sectione* fuit, nunquam *absolute & simpliciter*, vel inter Protestantes ipsos, sed *inter Catholicos tantum & Evangelicos*, eo solum *respectu*, quatenus

nus exortas *intuitu Religionis* super bonis Ecclesiasticis controversias *Hi invicem* agitant, in illo Pacis causa instituto Congressu hac de re actum, easque quas jam diximus, non alias, lites ita demum compositas esse, ut ex termino Anni 1624. bona Ecclesiastica unicè posthac dijudicari aestimarique debeat, si *Protestantes cum Protestantibus* circa bona Ecclesiastica controväsentur, manifestum oppidò est, ad hos etiam extendi hactenus non posse, quod inter a i o s, diverso planè scopo atque intentione, conventum transactumque fuit. Quenadmodum enim *Protestantium* inter se agitatae lites ex alio prorsus fonte promanant, quam illæ, que cum *Catholicis* hac in parte *Iisdem* intercedebant, quasque ex sola Religionis discrepantia profluxisse, nemini dubium est, ita ex aliis quoque principiis, ipso nimirum Jure Communi, eisdem decidi, & ratio postulat, & ipsa Pacificatoria nostra Sanctio non obscure jubet. *Vid. supr. S. LIII.*, pag. 88. seqq. Neque novum aut absurdum haberi deber, si una eademque res, intuitu diversarum personarum, diverso quoque censeatur jure: quod exemplis etiam ex privata & Justinianea Jurisprudentia quamplurimis illustrari facile posset, si pretium opere, deque re adeo nota quenquam dubitare, judicaremus.

Resp. ad V. LXVI. Detecta ergo sic satis argumenti praecedentis *δρυλογιστα*, progrediamur, & quod in ordine nunc sequitur expendumus. Ubi vana iterum fuit, nullaque solida ratione subinxæ, que dicuntur: quoniam Protestantes à Catholicis petierint, ut lites circa bona Ecclesiastica inter ipsos hactenus ventilatae, ad certum aliquem exigentur terminum, ideo rationi non minus atque æquitati, fundatoque super hac Prætoris Edicto, consenseritaneum esse, ut illæ quoque, quas super his causis Protestantes inter se exercent, controversiae juxta hanc normam aestimentur ac definiantur. Enimvero si ex illo naturalis æquitatis dictamine, ut quod quisque iuris in alterum statuit, idem etiam sibi dici patiatur, quicquam heic concludi potest, id solum erit: quandoquidem *Protestantibus* Imperii Ordinibus id iuris in Infrumento Pacis, non renuentibus *Catholicis*, indulgetur, ut qui Kalandis Januariis Anni 1624. postedilis reprehenduntur bona Ecclesi-

clesiastica, eadem porro usque ad amicabilem Religionis compositionem securè possideant, ideo jus fasque esse, ut & *Catholicis*, qui illo tempore possederint, Idem jus permittant quoque *Protestantes*. Ut vero terminus hic ad decidendas etiam lites inter ipsos Ordines Protestantes, circa bona Ecclesiastica exortas adhibeatur, neutquam necessarium est. Cum enim diversam longe istae habeant causam atque originem, ab illis, quæ inter Catholicos & Protestantes hac de re exercita fuere, dissidiis, neque una eadem cum hisce regula poterunt definiri. Et nil demum aliud supererit, quam ut Juri Communi earundem decisionem dicamus reliquam. Vid. § proxime antecedent.

LXVII. Ad sextum igitur argumentum ut accedamus, fateremur equidem, quod possidentis certa ratione, & quad nonnullos Juris effectus, praesertim ubi de probatione agitur, melior sit conditio; verum tamen semper & indistincte nequaquam censemus, quod per possessionem in decretali isto, Anni 1624. i. Januar. termino habitam, possessori, licet forte idem territorii simul fuerit Dominus, præ illo qui dicto tempore bona de quibus disceptatur, non possedit, jus in ea quæsumum sit. Quoniam enim probari haecenus nondum potuit, terminum illum Anni 1624. ad Protestantes, super bonis Ecclesiasticis *inter se* litigantes ulla ratione spectare, aut applicari ad eosdem, salva legislatorum mente, posse; neque alteri ea propter tutò poterit, quod per illum jus aliquod, iis Protestantibus, qui in possessione tum temporis fuerunt, quæsumum sit præ reliquis. Et notum satis de cætero est, quibus limitationibus hic ipse canon passim à JCTi circumscribatur, cum alioquin causa improbisimorum quorumque hominum, qui aliena prædia invaterunt, iisque hodienum incubant, plus favoris, quam illorum, qui de repetendis iisdem solliciti sunt, esset meritura, quod ab omnium utique rectæque rationi adversum est. Unde appositè valde, cum in simili idem hoc *κριτικής*, in Causa die *resstitution der Barfüßer Kirchen zu Hagenau betreffend*, nonnulli objectarent, à Deputatis Imperii in Conventu Francofurteni Anno 1656. id ipsum hoc modo elisum est: *vieleniger dienet zur Sach/ daß die Geistliche ultimi possessores*

Resp. ad
VI.

der Kirchen gewesen/ und noch seyen: dann neben dem nicht universal,
daß der letzte Besitzer besser Recht habe / weil sonst kein spoliator be-
sprochen werden könnte &c. apud Londorp. Tom. VII. cap. 61. pag.
1096. b. Quin & de modo procedendi ipsaque Processus figura,
aut quisnam probationis onere pra altero gravari sublevarive
debeat , nequaquam hoc loco agitur , sed de re ipsa disquiritur,
an nimirum Protestantium quorundam Imperii Ordinum lites,
quas super bonis Ecclesiasticis inter se agitavere , Westphalicae
Pacis Sanctione decisae fuerint? quod cum haec tenus constantissime
a nobis negatum, solideque ostensum sit, & verbis & menti
Legislatorum id omnino repugnare, non videmus certe, qua ra-
tione vulgato illo JCTorum axiome contraria sententia queat
fusculciri.

Resp. ad
vii.

LXVIII. Neque vero sequitur, quod *septimo loco* movet An-
tagonista : quoniam discrimen controversiarum, quæ circa bona
Ecclesiastica a Protestantibus inter se, & quæ ab iisdem cum Ca-
tholicis agitantur , pacientibus haud incognitum , in ipso tam-
en Pacis Instrumento non expressum fuerit, ideo ad unam ean-
demque regulam omnes hæc lites exigendas esse . Postquam
enim non ab initio tantum *Articuli V.* satis declaraverant , de
quibus litibus & controversiis heic sermo sit, sed in ipso etiam
contextu toties repetita vice , verbis haud obscuris , lites *inter*
ipos Protestantes agitatas a dispositione hujus Sanctionis exclu-
ferant Pacificatores, ut *superiori sectione* §.LIII. pag.88 seq. abun-
de probatum dedimus , quid opus fuit, ut mentio hujus discrin-
minis postea diserte fieret? quoniam ea de re nemini facile, qui
ipfas Pacis tabulas, animo a partium studio libero, evolvere haud
gravatur , dubium suboriri potest ; nisi & cæterarum omnium
forte litium , quæ Imperii Ordines quibuscumque de causis in-
ter se committunt, quasque aliunde quam ex termino Anni 1624.
definiendas esse certo constat, heic mentionem faciendam, illam-
que differentiam expressis verbis indicandam fuisse , non sine
grandi absurditatis nota, quis propugnare vellet . Eo ipso au-
tem , dum & hic & illuc discrimen istud in ipsa lege dissimula-
tum silentioque transmissum fuit, omnium harum controversia-
rum

rum decisionem ex Jure Communi, legibusque, qua in Imperio Germanico obtinent, petendam esse, haud obscure intelligitur.

LXIX. Quæ porro de jure præcipuo Principis ac Domini Resp. ad II. X.
 illius territorii, in quo reditus bonaque Ecclesiastica, de quibus agitur, sita sunt, *Sect. III. §. 10.* disputantur, a controversiæ hujus statu longissime abeunt, adeoque aliena prorsus ab hoc loco merito habentur. Hic enim (1.) de eo unice disquiritur, an per sanctionem Instrumenti Pacis, qua reditus & pensiones bonorum Ecclesiasticorum, ex alienis territoriis debitæ, illis Imperii Ordinibus præstari jubentur, qui Kalendis Januariis Anni 1624. in possessione eorundem constituti fuerunt, non tantum illæ lites & controversiæ quæ *Protestantibus cum Catholicis*, sed & quæ *ipfis* forte *Protestantibus* Imperii Statibus super causis hisce Ecclesiasticis hæc tenus intercessere, composite atque sublatae sunt? quod affirmante Adversario, iterum atque iterum negamus. Neque exinde aliud probari valide potest, quod, Principis hujus, sibi quo bona illa sita sunt, cujusque in præjudicium in manum mortuam illa translata, Ipseque juribus alias sibi competentibus privatus est, maxime dicatur interesse, ut rite eadem administrentur; quoniam, si adæquata hæc & solida esset ratio, aut ad rem nostram ullo modo applicari posset, eadem prorsus ratione iniuum fore consequeretur, si vel Catholicis ex Protestantium, vel Protestantibus ex Catholicorum territoriis reditus atque pensiones posthac exsvolvantur, eo, quod in his non minus casibus, quam in exemplo priori, Domino territorii jus suum in bonis illis competens, juxta Adversarii quidem nostri hypothesin, intercipiatur: quæ omnia quam incongrua, ipsisque Pacis tabulis contraria sunt, nemo non videt. Cum ergo reditus illos Protestantibus Imperii Statibus ex alterius Protestantis territorio debitos, iis qui Anno 1624. in possessione cosdem percipiendi fuerunt, ex Westphalica quidem Pacis sanctione vindicare conetur Antagonista, sed talibus omnino rationibus, quæ ipsum Instrumentum Pacis penitus evertunt, haud, opinor, ægre feret, si ratiociniis ejusmodi non admodum moveamur, nec ad mutandam sententiam iisdem nos patiamur impelli.

X (10.)

LXX.

(2.) LXX. Manifestior autem adhuc fiet vanitas hujus argumenti, si illud (2.) probe expendamus, quod non de illis bonis redditibus Ecclesiasticis heic disceptetur, qui usibus sacris adhuc consecrari imposterum debent, sed de his, qui intervenientibus debitis requiritis, consecrati iisdem dicataque jam pridem sunt. Cum autem ipse afferat Adversarius, per illam in manum mortuam translationem Principem Dominumque territorii pristina sua & consueta jura jamdudum amisisse, quo, obsecro, colore defendi poterit, Eidem nihilominus, praeceteris Principibus, etiam iis, in quorum territorio ipsa Cenobia aliæque foundationes, ob quos reditus illi alienis Provinciis alias debentur, plus juris in his ipsis bonis competere, tribuendumque esse; quæ enim jura amilia pridem perditaque sunt, illorum nulla amplius habetur ratio: presertim si cum Antagonista nostro defendere quis vellet, quemlibet Imperii Statum gaudere potestate prohibendi, ne bona immobilia in manum mortuam transferantur; quod si verum est, & tale quid fieri passus nihilominus fuerit territorii Dominus, pristinum suum jus haud dubie censetur tacite remisisse, ita ut nulla post ratione id repeteat valeat. Nec movet, quod heic objicitur, utrum bona immobilia in manum mortuam transferri forte permiserit territorii Dominus, jus tamen in illa & dominium eminens, quod vocant, salvum Eidem mansisse, neque abdicatum judicari posse. Eo ipso enim dum jus & dominium eminens salem penes Eum remansisse dicitur, simul etiam conceditur dominium inferius, quale privatus quilibet in rebus suis habet, penes alium existere, neque, citra hujus injuriam, trahere illud ad se Dominum territorii posse. Quin & (3.) ne quidem verum universaliter est, quod omnia peræque bona in Statutum Imperii territoriis sita, Eorundem etiam jurisdictioni subjaceant. Cum nemini ignotum sit, multa quidem in, non autem de territorio, adeoque ab imperio five jurisdictione ejus, qui Dominus territorii alias est, exempta esse. Vid. Art. V. Instr. Pac. §. IX. n. 25. Bidenbach. quest. Nobil. I. num. 16. seq. Besold. part. VI. Consil. Tubing. 292. num. 13. & novissime D. Rhetius Lib. II. Instr. Juris publ. tit. 2. §. 16. Add. Merckelbach. apud Klock. Vol. I. Confst.

Objectio,

submota.

(3.)

Confil. 10. num. 58 seqq. Sed retrahendus est calamus. Neque enim animus nunc est, ingredi campum satis spatiosum, qui hec nobis aperitur, seposita etiam sanctione Westphalicæ pacis, disquiendi ex Communis Juris placitis, de jure quod Dominus territorii, in quo fundationes sitae sunt, in ipsos etiam eo spectantes, ut in alieno territorio provenientes, redditus atque pensiones, tum ex natura accessiorum, (quæ in hoc casu a principali suo separari, tam est impossibile, quam certum ex adverso & indubitate est, nullum omnino sive Monasterium, sive aliud quocunque Collegium Ecclesiasticum absque redditibus subsistere inque vigore suo permanere posse) tum pluribus aliis ex causis habet. Ubi una etiam ostendi alias posset, quantopere fallantur, qui sub *vacantie* forte alicujus schemate atque pretextu, redditus illos bonaque Ecclesiastica, ad situm in alieno territorio Cœnobium pertinentia, eidem interverti, & a Domino territorii, in quo eadem proveniunt, occupari posse, tam securè & velut de plano affirman. Sed cum ab instituto nostro ea aliquantum remota, & alibi etiam sufficienter jam tum excussa sunt, ad illa quæ sequuntur properamus, quid *nono loco* adferat Adversarius, visuri.

LXXI. Ubi desperata causa evidens argumentum est, quando ad dissensiones tandem inter ipsos Protestantes, dum Osnabrugæ hærerent, exortas, Forstneri testimonio ex Epistol. i. nego. *Pac. Osnabrug. Monaster. concern. pag. 13.* eam in rem usus, delabitur, indeque, cum nullibi inveniret amplius quo pedem figeret, sententiamque suam incrustaret, confidere conatur, non minus ejusmodi inter ipsos agitatas discordias, quam illas quas cum Catholicis circa bona redditusque Ecclesiasticos exercuere, per Sanctionem Pacis Osnabrugensis, ejusque *Ariiculum quintum*, decisas mox atque compotitas esse. Verum enimvero si quis locum illum Forstneri, & principio suo & fine ab Adversario mutilatum, totum perlegerit, apparebit illico, adeo eum non favere contraria sententia, ut nostram potius haud obscure confirmet. Verba ita habent: *Convenierunt hoc ipso die, quo hæc scribo, in Pago Lengern medio inter Monasterium & Osnabrugam itinere, Protestantium delecti, inter se deliberaturi, quas ultimum Catholicis concor-*

dia leges proponent, nam (quæ nunc sequuntur, usque ad finem hujus periodi, ipsa quidem exhibet Dissertatio, nos tamen, ut sua scribentis sensu constet integritas, nihilominus adscribemus) & illud scias oportet, *Iustissime Scaliger*, non tantum *Cæsari* cum exteris, *Catholicis* cum *Protestantibus* rem esse, sed & hos inter se opinoribus scissos, dissidiis & factionibus laborare, ut vel *Cæsare* ipso, mirum dictu, hostiatoe opus habeant, ne commodis suis ipsi adversari velint, ita quibus paulo ante difficultimum erat consultare, & qui dum deliberabant, deservisse per illorum temporum ingenium censebantur, nunc non contenti de *R. publica* libere arbitriari, atque in suffragia ire, libertati aliquid deesse credunt, nisi & inter se dissensire liceat. Præbueret (pergit Forstnerus, & qualia *Protestantium* dissidia intelligat, exponit) rixarum initia *Electorum Legati*, *Excellenziæ* honorem atque appellationem a ceteris sibi deferri vehementius efflagitantes, quam aut loco, aut rei conveniebat, &c. Unde nemo non videt, Colloquium illud Lemgeranum non alio fine fuisse indicatum, quam ut ex communi omnium *Evangelicorum* sententia, ad *Catholicorum* super causis & negotiis Ecclesiasticis Declarationem responderetur, quod tandem etiam præstitum, certique fancienda inter utrosque concordiaæ articuli ibidem concinnati fuere, ut narrat *Aucto^r Histor. Pac. Westphal.* Lib. III. num. 94. & 96. De ejusmodi igitur tantum controversiis actum in illo Conventu primario est, quæ inter *Catholicos* ab una, & *Protestantes* ab altera parte disceptabantur. Quanquam vero in eo, quid reponi *Catholicorum* postulatis debuerit, procul dubio inter omnes non statim convenerit, aut leviculae aliae nonnullæ rixæ atque dissensiones circa titulos aliasve forte ceremonias (sicut notum curiosis harum rerum observatumque est, ceremoniali illi, quæ circa titulos, cæteraque, ut vocant, curialia versatur, philosophiaæ magnum tempore Westphalicæ pacis accessu incrementum) intercesserint, ad rem tamen ea nequaquam pertinent, cum de controversiis solum circa causas Ecclesiasticas nos agamus, quæ solæ etiam in *Articulo Instrum. Pac. V.* decisæ transactæque sunt. Et certe, si hanc argumentandi formulam sequamur, etiam inter ipsos *Catholicos* non minus, atque inter

inter ipsos in sensu exquisitiori ita nuncupatos, Evangelicos, sive Lutheranos, Pacis, quæ in *Art. V. J. P.* conditæ reperiuntur, leges locum habere, erit dicendum, quoniam & iisdem nonusque quoaque convenienter semper, historia Pacificationis edocemur. Vid. Pfanner. *H. P. W. Lib. IV. num. 12. & passim.* At hoc nec ab ipso Adversario facile afferum iri, perfusi omnino sumus. Quare id nunc effugium querit: Reformatam & Lutheranam, quam vocant, Religionem ita a se invicem differre, ut duas partes constitutæ dicantur in *Artic. VII J. P.* litesque circa bona Ecclesiastica inter utriusque Religiones consortes agitatas componi aliter nequivisse, quam si ex possessione Anni 1624. dijudicarentur. Sed quam haec quoque inania nulloque robore subnixa sint, inde liquet, quod lites, quas *Protestantes* nonnulli Imperii Status circa bona Ecclesiastica *inter se* exercuere, & pauce fuerint, & ex alio prorsus ab his quæ cum Catholicis iisdem intercedebant, fonte, nimirum non ex causa Religionis *qua tali*, ipsaque ejusdem discrepantia, verum ex causis communibus, *spolii* v. g. aliisque, profluxerint: unde rationi etiam consentaneum erat, ut decisioni Juris communis eadem permitterentur. Ut ut ergo in ipsis Religionis capitibus non usquequa convenienter *Reformati* cum *Evangelicis*, & Illi quoque Augustana Confessionis Statibus per sanctionem *Instrum. Pac. Artic. VII.* haec tenus exæquati sint, ut eadem jura atque beneficia quæ Evangelicis adversus Catholicos in *Artic. V.* indulgentur, Reformatis quoque contra Eosdem competere debeant, ne uitium tamen exinde sequitur, ea quæ in hoc Article decisa leguntur, etiam ad ipsos Protestantes, quando *inter se* litigant, pertinere. Neque vero quod Ecclesiastica, quæ nonnulli Horum possident, bona, aliis Protestantibus, eadem pertinentibus, ultro cedere haud dubie detrectatur sint, ideo necessarium omnino fuit, ut ex termino Anni 1624. controversias hæc definirentur, perinde ac si aliud iis tollendis remedium non superesset, Jurisque Communis sanctio, & tot Imperii Leges, ad dirimendas in ceteris quibuscumque causis, quæ agitantur, lites salutariter haec tenus atque commode satis adhibite, unico tantum huic negotio non sufficerent.

LXXII. Coronidis tandem loco subjicitur: Possessionis hoc principium adeo extensum esse in *Artic. VII.* ut licet Evangelicus Territorii Dominus vel mutaret Religionem, vel quoconque modo tale nanciseretur territorium, in quo alterius partis facta vigent, publicum tamen Religionis exercitium non mutare, nec circa redditus, pensiones & stipendia quid novare debeat; unde porro concluditur: si ne quidem territorii Domino tale quid in proprio liceat territorio, multo minus ex alieno territorio illos redditus eum petere posse, quos in decretali illo termine ne quidem possederit. Enimvero, si per possessionis principium terminus Anni 1624. d. i. Januar. intelligitur, ut intelligi aliud non potest, manifeste *τὸν ἀρχὴν* petit Adversarius. Ut enim de validitate illius argumentationis, qua a Jure reformati ad possessionem bonorum Ecclesiasticorum infertur, nondum apparet, ita vel maxime adhuc in questione est, an Juri reformati inter Status Imperii Protestantes, Evangelicos scil. & Reformatos, terminus Anni 1624. i. Januar. pro norma atque regula prescriptus, ad quam universum id exigendum sit? Certe enim *Articulus VII. f. P.* de controversiis Ecclesiasticis inter ipsos Protestantes Imperii Status disponens, non de *præterito*, sed de *futuro* tantum tempore loquitur, & D. Rhetius, Imperii Legum admodum gnarus, Jurisque Publici eximiis Interpres, jus reformati exercitium Religionis inter Protestantes ad Annum 1624. non limitatum, *Dissérat. de Jure Statuum Imper. quoad Sacra Cap. V. num. 12.* neque ad hunc terminum *Aug. Conf. Conforates* (quo nomine & Reformatos, intelligit. vid. supr. *Secl. II. §. 35. p. 66.*) inter se alligatos esse, (ita enim ejus loci, vitiose exscripti, constituenta lectio est) diserte scribit *lib. 2. Inst. Jur. Publ. tit. 1. §. 47.* Quod si verum est, deductum etiam inde argumentum in fumum abiare, neque adeo observandum præcise, in aestimandis bonis reditibusque Ecclesiasticis, illum, quem toties jam diximus, terminum esse, nemo non videt.

CAPUT

CAPUT II.

De Judice hujus Causæ competente.

SECTIO I.

Ubi disquiritur:

An summum Imperii Camerale Judicium de hac Controversia cognoscere, & pronuntiare definitive possit?

COMPENDIA.

I. Rationes Adversarii pro sententia negante: (1.) *a restricta potestate Judicis, qui tantum secundum leges, non de leibus judicare possit.* (2.) *quod dubiorum bujusmodi interpretationio ipsa J. P. diserta sancione ad Comitia rejeclta sit.*

II. Rationes pro sententia affirmativa: (1.) *Omnes causas inter immediatos, non exceptas, ad Cameram spectare, & pro ejusdem jurisdictione in dubio etiam pronuntiandum esse.*

III. (2.) *Pacificationem Osnabrugensem pro norma perpetua judicandi summis Imp. Tribunibus esse prescriptam.*

IV. (3.) *Omnium Imperii Constitutionum judicales interpretationes ad summa illa Tribunalia pertinere.*

V. Respondetur ad (1.) Adversarii argumentū: non omnem legum interpretationem Judicibus interdictam & abjudicatam esse, quod & ratione, & I. C. torum Romanorum exemplo evincitur.

VI. Resp. ad (2.) argumentum.
1. *Ex ipsius Antagonistæ confessione, controversiā nostrā in Instrumento Pacis, clare decisam, indeque pro dubia neutiquam haberi posse.*
2. *Ex ipsa natura atque significatione dubii, ejusque ab obscuro differentia ostenditur, sancionem J. P. de qua hec ligatur, pro dubia proprie habendum non esse.*

VIII. Resp.

VIII. Reip. 3. Tantum dubia
Pacis Religioſe aut Westphali-
ca ad Comitia rejecta eſſe.

IX. Et quidem 4. talia dubia,
de quibus inter utriusque Reli-
gionis Proceres, non Protestan-
tes ipſos,

X. & 5. non niſi amicabili ra-
tione tranſigi debeat.

XI. Resp. 6. In Instrumento Pa-
cis legislatoriam ſolum & au-
thenticam, non autem judicialem
interpretationem Comitis reſer-
vataſ eſſe, quod rationibus, ex-
emplis, & Jutorum auctorita-
te adſtruitur.

XII. Loca Mevii ab Adverſa-
rio objecta explicantur.

I.

Adversarius noster, quanquam non diſſiteatur, ubi ſta-
tus controverſia tangit obſervantiam Pacis Religioſe,
& Instrumenti Pacis Cæſareo - Suecici, quod tunc Ca-
mera Imperialis non minus, quam Cæſareum Judicium Auli-
cum Judicis munere fungi queat, Cap. IV. Difſertat. ſuę §. 1.
aiud tamen omnino dicendum eſſe exiſtitat, ſi circa ſenſum iphius

textus, ut in noſtro caſu, moſt fuerit controverſia, quam ſuam
ſententiam duabus rationibus probare conatur. [1.] Quod Ju-

dicis tantum fit ſecundum leges, non de legibus judicare, utpo-
te quarum interpretatio pertineat ad Imperium, & ſolum illis
competat, qui leges condere poſſunt, per l. fin. C. de Leg. c. per
veenerabilem, 13. Qui filii ſint legitim. Mantic de Tacit. & am-
big. Convention. lib. 2. tit. 1. n. 1. & quod juxta monitum Innocen-
ti III. in c 3.: de ſentent. Excommunicat, unde Jus prodiit, inter-

pretatio quoque procedat. [2.] Quod Imperatori & Imperio pru-
denti & ſano confiſcio iſtud expreſſe reſervatum fit in Artic. V.
§ XVII. num. 50. ſicut latius adhuc in favorem Protestantium id
explicetur §. XIX. num. 52. atque Mevii, hanc de authentica le-
gis noſtre interpretatione queſtione Part. I. Decis. 67. & P. 2.
Dec. 73. in terminis traſtantis, auctoritate confirmari amplius
poſſit.

Rationes
pro Affir-
mativa.

II. Quemadmodum vero Cameralis Praxeos Interpretētes,
cum de fundanda Imperialis Camera jurisdictione agere inci-
piunt, in ipſo plerumque frontispicio generale hoc fundamen-
tum

tum tractationi sua solent substernere , quod omnes cause , non exceptæ , inter immediatos litigantes ad Camerale forum pertineant , Petri Ostermann. *Syntagma Jur. Camer. Disp. 6. Conclus. I.* ibique citati ita & nos ad horum exemplum , *primum* idque generale pro adstruenda Aug. hujus imp. Judicij , in controversiis inter Protestantes Imperii Ordines circa bona redditusque Ecclesiasticos , jurisdictione , depromere eo minus dubitamus , quod publica Imp. lege haec argumentandi ratio stabilita , & part. II. tit. 27. *Ordinat. Cameral.* expresse confirmata sit : quippe in cuius inscriptione non tantum , sed & ipso contextu , adhibitis verbis universalibus & geminatis , nullamque exclusionem admittentibus alle und *sedet* & voce *sollen* quæ necessitatem inducit , diserte facitum legitur : quod omnes persona & cause , quæ Jurisdictioni Cæsareæ immediate subfunt , neque Ordinatione , privilegiis , aut consuetudine reperiuntur exceptæ , in Camera forum fortiantur . Cujus sanctiōnis verba amplius *παραφερόμεναι* , indeque pro asserenda Camerali jurisdictione , in controvercio meri Imperii jure , argumentum necit , & ab exceptionibus Adversarii sui vindicat elegantissimus JCtus , & summi hujus Tribunalis quondam Aſſessor celeberrimus Petrus Denaiſius , *Disp. de Jure meri Imperii in eos qui Spiræ constitui &c. pag. 4. n. IV. seq. & Aſſeri. Jurisdicſ. Camer. Imperial. pag. 48. seq.* Cum autem ejusmodi controverſia atque lites , de bonis & redditibus Ecclesiasticis ex alieno territorio debitibus , inter Protestantes Imperii Ordines agitantæ , de quibus hoc scilicet loco agimus , nullibi reperiantur exceptæ , tuto utique concludere licebit , quod sub generali regula debeant censerri comprehensa . Et hinc sane est quod in dubio etiam pro Jurisdictione Camerali semper pronuntiadum esse , passim moneant JCt. Joach. Christ. Coch. *Prax. Fori German. Part. I. Cap. I. §. 9.* qua de re dignus est qui totus heic legatur locus Annotatoris ad Rodingi *Pandect. Cameral. lib. 3. tit. 2. §. 14. pag. 537.* Quod si quoad fundaram jurisdictionem res ita intricata & dubia sit , ut vix dignosci queat , in dubio pro jurisdictione Camerali pronunciandum & Processus salvandi sunt , uti preclare in causa Gemmingen contra Fleersheim suo voto tueretur Referens apud Casp.

Y (10)

Cajp. Klock. relat. 6a. num. 5. *Judices enim Camere semper prætorres esse debent ad pronunciandum pro sua jurisdictione, cum ipsinet jurisdictione & superioritatem Imperii fariam testam contra quoscumque servare peculiari juramento ad strictissime obstringantur.*
 Vid. Thom. Michaelis I. Consil. Klockii Consil. 2. in fin. Ruland de Commissariis & Commiss. lib. 2. cap. 3. num. 3.

(II.) *boni* III. Porro etiam [2.] in Articulo XVII. num. 2. Instrumen-
 ti Pacis Osnabrugensis non modo cautum statutumque reperitur,
 quod *Transactio hoc, lex perpetua & Pragmatica Imperii sanctio*
 esse debeat, verum etiam *Tribunalium omnium Judicibus tanquam Regula, quam perpetuo sequuntur, eadem diferte prescripta est.*
 Unde & postea An. M DCL. in Conventione Executionis Pa-
 cis principali (in Friedens- Executions- Haupt-Recess) Norim-
 berge tum temporis inita, §. *Prout tam 62.* expressis verbis di-
 sponitur, quod Instrumentum Pacis *pro norma perpetua judicandi* in Judicio Cæsareo Aulico & in Camera Imper. Spirensi servari semper debeat: id quod etiam in Recessu Imp. novissimo Ann. 1654. §. *Sezen demnach &c.* 6. verbis amplissimis est repetitum: alia enim quam summa illa, qua modo nominavimus, Imperii Tribunalia sub nominibus *Unter und des Heiligen Reichs hohen Ge-richten* intelligi eo loco non possunt. Quod si vero sanctio hec in vim normæ perpetuae, ad quam partium postulata & disputa-
 tiones forenses exigere, quamque sequi in judicando summi Imp. Cameralis Judicij Assefiores debent, prescripta est, utique hoc ipso non potest non potestas Isdem data esse, cognoscendi de-clarandique que pars iuste, quæve injuste hoc firmamento cau-
 sam suam fulciat, & quid Juri denique & Pacificationis menti consentaneum, vel adversum sit.

(III.) IV. Denique [3.] non experientia tantum quotidiana mul-
 torumque exemplorum fide abunde comprobatum, sed & ipsis Imperii Constitutionibus haud ambigue definitum est, quænam supremi hujus Imperii Judicij Assefiorum, circa sanctiones Imper. in judicio interpretandas, debeant esse partes, & quoisque hac in re progredi Isdem permisum sit. Ita vero in Recessu Deputat. Anni 1557. §. ferner 5. provisum legitur: *Wo dann künffiglich*

tiglich einiger zweifelhafter Verstand in der Cammer-Gerichts-Ordnung/ nicht den Proces, sondern Articulos decisivos anlangend/ oder sonstigen in des H.Römischen Reichs Constitutionibus jegunder wä're/ oder sich künftiglich zutreffig, dessen sich Cammer-Richter und Besitzer in pleno Consilio gemeinen Rechten nach/ nicht vergleichen konten/ so segen/ ordnen und wollen wir/ daß sie solches an die Käys. Majest/ unsern lieben Brüdern und Herren/ oder in Dero Abreissen aus dem Reich/ an uns und die Stände des Reichs/ durch unser Neuen den Chur-, Fürsten zu Maynz ic. als Erb-Canglern des H. Reichs (Dessen liebden Bruder sic derhalben sollen ersuchen) gelangen. lassen und darüber Erklärung und Bescheids erwarten. Quibus verbis cum eo demum casu ambiguarum Imperii Constitutionum interpretationem ad Cesarem & Imperium remittendam esse, sanctiatur, quando Supremi Senatus Assessores sententia inter se discordant, vi argumenti a contrario sensu (quod validum heic esse, nemo negabit, conflatque ex illis quae de argumenti hujus vi & efficacia copiose disputat B. Tabor Tractat. de Testam. Principi aut Com. oblatu Cap. VII.) sequitur, quod si inter Eosdem super re, de qua disceptatur, conveniat, non modo interpretandarum in Judicio Legum Imperii facultatem jam laudati summi Tribunalis Assessoribus hoc ipso afferi, sed & ratum tunc esse non obscure juberi, quicquid pronuntiatum ab iisdem fuerit. Et haec etiam sententia rectæ ratione conformis est, quando inter mutuas & quotidianas partium altercationes, in sui siveque sententiae favorem qualibet earum Constitutiones Imperii interpretante, ne res in infinitum extrahatur, magnoque Germaniae malo lites reddantur immorales, ut a Judice tandem haec litigia decidantur, omnino opus est. Quare omnium omnino Imperii Constitutionum interpretationes judiciales ad summa Imperii Tribunalia pertinere, rede afferuit, & ex ipso rerum usu aliquaque compluribus rationibus contra D. L. luculentem ostendit Jo. Deckherrus in Processu Informativ. informat. Cap. I. pag. 18. seqq. Cur igitur de Westphalica Pacis Sanctione aliud dicendum sit, ratio profecto nondum apparet.

Responde-
tur ad I.
Adversarii
argumen-
tum.

V. Sed repellenda jam sunt intentata ab Adversario tela, e quibus valde infirmum est, quod *primo loco*, de interpretatione legum soli Principi & Legislatori vindicanda, allatum fuit. Hoc enim si verum absolute esset, omnis non modo Judicum, sed & JCtorum interpretatio, indeque rerum etiam judicatarum plerorumque periret auctoritas atque corrueret. Quod quam absurdum, & ab omni ratione alienum sit, neminem potest latere, qui expenditure fecum, Judicis non tantum partes in eo consistere, ut consideratis omnibus hinc inde legum factorumque circumstantiis, jus ad factum probe adaptet, sed & leges proprium JCti objectum constitue, quarum interpretandarum facultatem qui *διορόμως* eidem abjudicat, eadem, nisi fallor, opera vel unico, aut certe præcipuo, quo fungitur, munere Illum exscoliat; si verum præsertim est, quod JCti habitus circa interpretationem legum latarum proprie occupetur, adeo, ut neque rectius, neque accusatus, quam ex illo habitu, leges latas qua tales interpretandi, finiri JCtus & describi juxta formulam artis possit, ut prolixe disserit Vincent. Placcius de *JCto perfecto Cap I.* Et si quis vel ipsum Pandectarum volumen obiter saltu evolvat, primo statim intuitu ex JCtorum, qui circa dubias legum interpretationes de Jure consulti fuerunt, Responsis id coagmentatum esse, deprehendet: quod adeo evidens & in clara luce positum apud omnes est, ut ludere operam censendus esset, si quis operofe id probare aggredetur. Quod si autem legum auctoritatem, Principi hanc potestatem tantum non unice adscribentium, nobis quis obvertat, parata responsio est: nimurum, quod nec JCto, nec Judici inferiori, tale, quale Princeps habet, interpretandi jus competit, vi cuius seil. etiam mentem Legislatoris interpretatione sua egredi, aut æquitatis aliove prætextu ab eadem recedere queant, quoniam id quidem non explicare legem, sed mutare, neminiisque, prater Principem, concessum est. Et hoc volunt leges, eoque pacto intelligendæ sunt, quæ a nonnullis heic solent opponi. Quin & hanc præterea, inter Judicialem & authenticam, sive a Principe factam, legis interpretationem, differentiam superesse JCti tradunt, quod hujus tanta vis sit, ut pro lege omnino habeatur,

beatur, illa vero jus solum inter partes faciat. Goedd. *ad l. 6. §. 1.*
de V. S. num. 9. Giphan. *ad l. 9. de R. I.* Quod de Principis interpretatione utique verum est, si id Eum voluisse constet, ut quod inter partes pronunciavit, in similibus casibus eodem modo observetur, secus vero est, si hoc animo dixerit sententiam, ut ultra negotium, circa quod pronunciavit, sententia non extendatur. Vid. D. Ziegler. *Oper. de Jurib. Majestat. Lib. I. Cap. VI. §. 16.* Sane si verba legis non usque adeo clara sint, ut omnem ex quo & bono interpretationem excludant, neque usque adeo obscura, quin ex antecedentibus & consequentibus elici mens Legislatoris queat, privatorum, sive JCTorum, sive Judicum, qui verba legis ad ejusdem sententiam accommodent, *l. 12. seq. D. de LL.* interpretatione locus erit. Atque hoc respicere clausulam extremam in *l. ult. Cod. Eod.* recte docuit, pluribusque rationibus & exemplis firmavit Arnoldus Vinnius *Lib. I. Selectar. question. cap. 2.* Quæ omnia in August. Cameræ Judicio eo facilius procedunt, quod non suo, sed Cæsaris Imperiorum nomine jus dicat, in toto Imperio valiturum. Ejusque amplissima jurisdictio non modo nulla sui parte cœterorum Judicum potestate inferior sit, sed & infinitis modis hanc antecellat: adeo quidem, ut nonnulli egregiae famæ JCTi eandem fere, quam Cæsari, Imperiali etiam Cameræ, circa interpretandas Imperii Leges, facultatem tribuant. Vid. Brunnemann. *Commentar. ad l. placuit, 8. Cod. de Judic.* Quis ergo hujus tam excelsi Judicij Assessoribus leges in publicis causis interpretandi facultatem autem denegare, quam inferioris etiam subsellii Judicibus in causis privatorum nemo unquam abjudicavit?

VI. Hoc autem missio, videamus de secundo arguento, quod pro confirmando amplius sua sententia ex ipso Pacis Instrumento Artic. V. §. XVII. num. 50. majori specie mutuat Adversarius. De cuius loci genuino sensu, ut eo apertius constare posse, ipsa ejusdem verba repræsentabimus, quæ ita habent: *Sed si dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut ex causis Pacem Religiosam, aut banc Transactionem tangentibus resulteret, de eo in Comitiis, vel aliis Imperii Conventibus, inter utriusque Religionis Proceres,*

ceres, non nisi amicabilis ratione transfigatur. Quam dispositio-
 nem si accuratius nonnihil expendamus, nulla plane ratione no-
 stræ sententiae eandem adversari, palam erit. Preter ea enim,
 quæ jam *supra* §. 2. & 3. hanc in rem observavimus, illud princi-
 pio dignum animadversione est, quod de eo casu, si dubium ali-
 quod hinc aut aliunde incidat aut resuluet, dilecte loquatur. Quo-
 niam vero Antagonista noster [l.] pañim ingeminat, controver-
 siam nostram satis perspicue in ipsa lege decisam, *verbaque textus*
nostri adeo clara, adeo universalia esse, ut *gnaviter audacem*, sat
 equidem duro nomine, eum appellare non vereatur, qui aliam &
 a sua diversam sententiam amplecti velit, *Cap. III. Difser. Sec. III.*
§. 3. pag. 22. Conf. Cap. III. §. 2. pag. 13. ejusdemque Cap. Sec. III.
§. 4. p. 24. §. 6. fin. p. 26. sane non video, qua fronte illa Westpha-
 licæ Pacis sanctio, de eo saltem casu loquens, quando sensus ejus-
 dem resque ipsa plane dubia est, nobis obverti, illoque obtentu
 Imperialis Camere jurisdictio declinari queat. Atque unicum
 hoc, idque firmissimum, ex ipsis quippe Adversarii confessione
 defusumptum, argumentum, ad convellendam Ejusdem opinionem
 sufficiens tamdiu merito judicamus, donec ostenderit Is mihi,
 quo pacto quibusque artibus tricis hisce & difficultatibus se ex-
 pedire valeat. Quod si enim res clara & in aprico est, cessat uti-
 que manifesto legis nobis oppositæ dispositio, quandoquidem il-
 la de dubio quodam hinc enato verbis difterissimis loquitur.
 Enimvero in sui tantum sueque cause favorem, non ex nostra
 mente, rem clare in Instrumento Pacis decisam, forte dicet Ad-
 versarius; digno sane, quod probe observent litigantes omnes,
 specimine, quo formulam sententiae, juxta quam pronuntiare Ju-
 dex teneatur, pro Imperio Eisdem praescribere posthac discant:
 qua neglecta, & si ex sua potius conscientie dictato, quam alio-
 rum causæ sue servientium, partiumve studiis plane occocato-
 rum voto & arbitrio litem definire sustineat, tum vero istis, su-
 premo huic Judici omnem jurisdictionem abjudicare, & nescio
 quos demum causæ sue Judges legere, jus fasque sit. Quo cer-
 te nescio an ad prosterndam supremorum Tribunalium vim
 atque auctoritatem validius, & exemplo etiam in Imperio perni-
 ciolius, excogitari quicquam possit. VII.

VII. Porro etiam [2.] eum de dubio lex nostra expresse ^{Dubium}
 loquatur, quid ex proprietate aequi verborum ac Pacificatorum quid.
 mente, pro dubio haberit debet, videndum est. Et id quidem (2.)
 constat, *dubium* nequam posse dici, quando rationibus qual-
 buscunque de plano arreptis, & industria singulari hinc inde
 conquitis, legem aliquam dubiam quis reddere conatur, quod
 ab Auctore Dissertationis magno, sed infelici admodum conatu
 actum fuisse, ex antecedentibus liquet; sed id demum pro du-
 bitabili in Jurisprudentia habetur, quando rationes in utramque
 partem, sive pro & contra, ut loquuntur, congruunt, Prateius
Lexic. Jurid. b.v. adeo ut inter sapientes de eo dubitetur, Pe-
 trus Gregor. Tholosan. *Syntagma. Jur. univers. Lib. L. Cap. 10. num.*
 4. seu, quod proprius ad rem nostram facit, de quo inter Alles-
 fores Imperialis Camera non convenit, & quod *H̄e ipsi*, non par-
 tes litigantes, pro *Dubio* agnoscunt. Vid. *Rec. Imp. Anni 1557. §.*
 ferner *rc.* cuius verba jam *supra* §. IV. inseruimus; quae *dubii* aesti-
 matio etiani *Juris Civilis* principiis consentanea est, quo *ipsi* Ju-
 dici cognoscere de sua Jurisdictione permititur, an competens
 ea sit, nec ne *I. z. §. 6. D. de Judic. l. 5. Eod.* Vid. Gail. *Lib. I. Ob-*
servat. 34. Et vero, utraq[ue] litigantium parte Instrumentum Pa-
 cis, aliamve Imperii Constitutionem pro se allegante, suamque
 intentionem s. causam in ea aperto fundatam afferente, quis me-
 lius rectiusque item hanc dirimet, & utrum dubium aliquod
 subfite revera, nec ne, cognoscet, cognitumque definit, quam
Ipsa Imperialis Camera? Saltet a neutra litigantium parte Ean-
 dem recusari hoc casu posse, non debet dubitari. Si vero sum-
 mi hujus Tribunalis Allesforibus hac de re judicare demum con-
 cessum est, alios, privatae præfertim conditionis, id muneris in-
 volare, sane temerarium erit; & omnino inauditum hactenus
 fuit, quemlibet fingendi ejusmodi dubia arbitrium sibi sumere,
 Imperique Constitutiones, hac ratione dubias, prout se. causæ
 sive conducere existimaverit, reddere atque incertas. Sed & il-
 lud statim hinc consequitur, si jam agitata forte aliquamdiu eau-
 fa quedam in Imperiali, quæ Spiræ est, Camera fuerit, Ejusque
 Allesforos adeo non remiserint eam, ut cognoscere potius de ea-

dem

dem cœperint, sententiamque, utut non definitam, jam tum dixerint, pro dubia, & quæ non nisi in Comitiis aliisve Imperii Conventionibus definiri queat, istam Causam a supremis illis Judicibus neutiquam haberi. Præterea *dubitatio* definitur, motus indifferens, ad utramque partem ex æqualitate rationum contrariarum proveniens. Vid. Lexicographos, & qui rerum æque atque verborum copia inter eos præcipuus est, Jo. Calvin. *hac voc.* unde *dubitatis* rationem formalem in cognitione & comparatione argumentorum ex utraque parte æqualem, sine certa ad alterutram partem inclinatione, confistere, verissime scribit Schilterus *Prax. Jur. Rom. in Foro German. Exercit. IX, th. 10, pag. 172.* At vero nemo, quicunque verba textus nostri, ejusdemque, quam superiori capite prolixius excussum, rationem non perfundorie inspexit, adeo non dubiam, aut innixam utrinque æqualibus rationibus, ejus dispositionem deprehendet, ut cognitus etiam nullo negotio sit, lites tantum Protestantium, quas cum Catholicis agitarunt, ibidem compositas, Protestantum vero *ipsorum* controversias *inter se* exclusas plane hinc, atque remotas esse. Quando autem de voc. *dubii* notatione hec agimus, observari & illud memetur, verba textus nobis oppositi, non de *obscuro*, sed de *dubio* expresse loqui. Jam autem ex proprietate vocis, quam servandam esse, passim clamat Dissertator, aliud utique est si *dubium* quoddam enascatur circa Instrumentum Pacis, aliud si quid *obscure* in eo reperiatur dictum. Apposite hanc in rem Quintilianus: *aliud est obscurum jus, aliud ambiguum, sive dubium. Quam vocum differentiam accurate etiam observat, & adsignato cuiilibet proprio & convenienti verbo, proprius hoc accommodat Ulricus Obrechtus Prodom. Rer. Alsaticar. Cap. VIII, pag. 151.* Cujus hæc sunt verba: *Hic vero ab INTERPRETANDIS que in Pacis [Westphalicam intelligit] Tabulis OBSCURA, DEFINIENDIS que DUBIA, DECENDIS que CONTROVERSA, CONCILIANDIS que PUGNANTIA esse feruntur, arcet calatum privatum cause indoles, aliud sublimius tribunal flagitantis.* Nimurum cum in *obscuro* tantum queratur, quid dictum: in *ambiguo* vero etiam utrum dictum sit; ita ut nihil quidem dubium s. *ambiguum esse possit, quod non idem est obscu-*

L.7. Inst. *secre* in eo reperiatur dictum. Apposite hanc in rem Quintilianus: *aliud est obscurum jus, aliud ambiguum, sive dubium. Quam vocum differentiam accurately etiam observat, & adsignato cuiilibet proprio & convenienti verbo, proprius hoc accommodat Ulricus Obrechtus Prodom. Rer. Alsaticar. Cap. VIII, pag. 151.* Cujus hæc sunt verba: *Hic vero ab INTERPRETANDIS que in Pacis [Westphalicam intelligit] Tabulis OBSCURA, DEFINIENDIS que DUBIA, DECENDIS que CONTROVERSA, CONCILIANDIS que PUGNANTIA esse feruntur, arcet calatum privatum cause indoles, aliud sublimius tribunal flagitantis.* Nimurum cum in *obscuro* tantum queratur, quid dictum: in *ambiguo* vero etiam utrum dictum sit; ita ut nihil quidem dubium s. *ambiguum esse possit, quod non idem est obscu-*

Orat. c. 10
p. m 348.

obscurum, id tamen, quod obscurum est, statim etiam ambiguum esse, necesse non sit. Vid. Cujac. *ad l. veteribus, D. de Paci. Tom. I, Oper. p.m. 69.* & post Eum Wissenbach. *ad l. 9. & 114. D. de Reg. Jur.* illud nobis hoc loco erit dubium, quod in *Articulo V. Instrumenti Pacis* definitum esse, omnino non liquet; *obscurum* vero, quod decisum quidem, sed sub verborum quodam involuero, ut, qua mens fuerit Pacificatorum, penetrari tam facile non possit. Ut ergo vel maxime concedamus, Tabulas Osnabrugensis Pacis rem non adeo plane definivisse, quin reliquerint adhuc nonnulla, qua cilibet non statim obvia sunt: hujus tamen de bonis & redditibus Ecclesiasticis, eorumque ex termino Anni 1624. d. 1. Januar. facienda estimatione, legis obscuritatem, si qua est, ita comparatam esse, nemo a partium studio alienus diffitebitur, ut certitudinem sententia non tollat, sed adhibitis rectae interpretationis artibus, legitimo modo superari, & ad voluntatem sensumque Legislatoris iis, que supra monstravimus, vestigiis perveniri possit. Quo quidem casu frustra erit, qui ab ipso imperatore totoque Imperio interpretationem requisiverit. Vid. D. Ziegler. *Lib. I. de Jurib. Majeſtat. Cap. VI. §. 11. pag. 177. seq.* Et si omnino summis Imperii Tribunalibus æque ac JCtis omnem hujus *Articuli V. J. P.* interpretandi facultatem adimere quis velit cum Adversario, ex hac solum ratione, quod de dubiis circa illum ortis non nisi in Comitiis aliisve Imp. Conventibus agi transigique velint Pacificatores, annon, quoſo, eadem opera omnis plane legum publicarum f. in civilibus, f. Ecclesiasticis causis latarum interpretatio ut Imperiali Cameræ, ita & Juris Sacerdotibus adjudicatur? Sane enim & harum indistincte omnium interpretationem non nisi de Comitiali liberoque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu fieri debere, diserte sancitur Art. IIX. *Inſtrum. Pac. §. Gaudeant &c.* & tamen neminem rerum intelligentem tam iniquum futurum & summis Imp. Tribunalibus, & JCtis (qui Rechts- und Reichs-Gelährte recte alias appellantur, vid. D. Lyncker *Emblem. Jur. Publ. Tab. 1.*) confido, ut femotis publicis, legibusque de his disponentibus, privatorum faltem causas atque lites unice isdem relictas, sit existimaturus. Quamvis

Z (10.)

enim

enim in illo, quem jam diximus, §. *Gaudemus &c.* Principes & „Status Imperii tam Juris Communis, quam Provincialis inter-„pretandi facultatem sibi solis videantur afferere, illud tamen „non de conformi JCtorum interpretatione exauditur, sed de „caſu emergentis diſſidii inter Dd. & Collegia, ne diverſe ſci. & „contrariae obſervantia juraque introducerentur: quibus caſi-„bus & priſcos Impp. diſſidentes JCtorum opinioneſ in ordinem „redegiſſe vidimus; ſicut textum illum explicat ſolidiſſimus JC-“tus D. Schilter *Prax. Jur. Rom. in Foro Germ. Exerc. II. th. 4.* Idemque etiam de Imperiali Camera dicendum eſſe, ſuperius §. IV. hujus Cap. p. 30. ſeq. diſſertata oſtendunt, quibus haec, que post illam jam excuſa ſcripſimus, jungi debent. Add. & §. XI. p. 345. ſeq.

(3.) VIII. Quando autem [3.] claris verbiſ in oppoſita nobis lege adjicitur: *ſi dubii quid aut ex cauſis Pacem Religioſam aut hanc Transactionem tangentibus refuleret*, tunc rem ad Comitia alioſe Imperii Conventus remittendam eſſe, eo ipſo ſatis indicatur, quod non niſi de illis dubiis, que ex cauſis ad Pacem Sacram, aut Westphalicam hanc ſanctionem spe-“tantibus, proveniunt, heic fermo Pacificatoribus ſit; ſicut & *dubia Pacis Religioſae* eadem diſerte appellat, *cauſasque*, de quibus *Art. V. J. P.* agitur, *Religioni connexas* eſſe, ad hunc locum notat, & ex Actis Publicis amplius illuſtrat Burgoldenſis *Part. II. Discurs. XVIII. §. 4. pag. 160. ſeq.* Quoniam vero controverſia iſta que inter Protestanteſ nonnullos Imperii Ordineſ ſuper bonis Eccleſiaſticis agitantur, neutriquā *intuitu Religionis*, ſed ex aliis cauſis communib⁹, *ſpoli v. g. & ſimilibus*, exortare ſunt, neque illa ratione Pacem Religioſam, Paciſve Westphali-“ca ſanctionem tangunt, aut comprehenſe etiam ſub eadem ſunt, omnino conſequitur, *paragraphum XVII. n. 50. Art. V. J. P.* ad noſtrum caſum, ex mente Paciſcentium & genuino verborum ſen-“tu applicari nullatenus poſſe.

(4.) IX. Et ut certo atque indubitato omnibus hoc Pacis Inſtrumentum lectoriſ conſtare queat, quod de illis ſaltem dubiis, que inter *Status Catholicos & Protestanteſ* agitantur, heic fermo ſit,

fit, illud [4] expressum adjicitur, quod de iis in Comitiis aliisque Imperii Conventibus INTER UTRIUSQUE RELIGIONIS PROCERES transi-
gi deceat: sicut & ab initio hujus num. 50. statim declaratum est,
ad utriusque Religionis Magistratus ejus legis dispositionem unice
spectare. Cum autem nemo facile ignorare, & si quis etiam igno-
ret, aut nescire se dissimulet, convinci tamen iis quas *supra Cap.
1. Sect. 2. Membr. 1. §. 14. 15. & 16. pag. 20. seqq.*, disertavimus, sati-
superque possit, quod per hos utriusque Religionis Proceres non
alios, quam Catholicos & Protestantes, quatenus sibi invicem bi-
opponuntur, &c. ut loquitur §. XIX. Art. V. Instrum. Pac. in duas
partes eunt, & hoc loco, & in toto Articulo V. intelligent Paci-
ficatores, oppido manifestum est, quod de illis litibus, quas Pro-
testantes cum aliis Protestantibus Imperii Ordinibus exercent,
nequaquam hec actum & tractatum sit, proindeque nec nobis hoc
Pacificatoriæ legis caput valide opponi queat. Quæ fententia
atque mens legis ex iis etiam quæ superiori non minus, ac hoc
nōstro seculo circa hanc rem disputata subinde fuere, amplius
firmari & illustrari poterit. Notum enim abunde est, si dubia
quædam super Pace Religionis inter Protestantes & Catholicos
Imperii Ordines quandam fuerunt exorta, non modo a Prote-
stantibus ad univerlos in Comitiis congregatos Imperii Status eo
nomine provocatum, sed & ab Ipso Cælare illorum dubiorum de-
cisionem st̄pius ad Eosdem rejectam fuisse. Ita namque Capitu-
lares Evangelicos Episcopatus Argentoratenfis, reculato Senatu
Aulico, ad utriusque Religionis Arbitros Anno hujus seculi II.
provocasse, imo & Joannem Marchionem Brandenburgicum, Im-
peratoris Commissarium, in Causa Abbatis Fuldenfis contra Sach-
sen Monasterium Altendorff concernente, Anno 1558. & mox Ipsum
Maximilianum II. Imperatorem Anno 1576. decisionem hujusmo-
di controversiarum in causis Religionis ad Comitia remisisse, o-
mnique eo in negotio jurisdictione ultro abstinuisse, memorat
Conringius *Dissert. de Negot. Conventuum Imper.* quæ inter Exer-
citat. Academic. de Rep. Imp. Germ. IIX. est, § 14. pag. 406. seq. quo
etiam conferunt, quæ de causis Jurisdictionis Cameræ Imperia-
lis, a Protestantibus quandam in his negotiis recusata, ex Actis

Publicis prolixe commentatus est Jo.Strauchius *Differ. Jur. Publ. XIII. §. 7. seqq.* Quemadmodum vero Cæsar's summorumque Imperii Tribunalium' jurisdictio tum temporis subinde declinata ex ea ratione fuit, quod Ipse Imperator pro parte, partisve acceptione in ejusmodi causis haberetur, vid. *Donauohritisch. Information*, part. i. pag. 182. seq. & Scipion. Aretin. gründliche *Deduction* wie es mit dem Kaiserl. Religions. Edict bewandt w. quæsl. 3. pag. 32 ss. & 51. Judicesque illi nimio in Catholicos favore propendere, & Protestantibus non satis æqui crederentur; ita cum in aprico sit, quod hæc quidem ratio in componendis dubiis occasione bonorum reddituumque Ecclesiasticorum, non ex ipsa religionis causa, *qua tali*, sed aliunde, inter Protestantes Imperii Ordines coortis, omnino cesseret, ideo & hoc casu Imperialis Cameræ Jurisdictio nunquam declinata fuit, nec hodie ab Evangelicis hoc pretextu eandem declinari, multo minus ob sanctionem Instrumenti Pacis in d. num. 50. lites hafce ad Imperii Comitia remitti posse, omnino dicendum est.

(5.) X. Quarundam autem controversiarum aut dubiorum decisio ad Comitia aliosve Imperii Conventus rejecta hoc loco sit, ut eo liquidius adhuc appareat, notandum [5.] est, talia ea esse, quæ non nisi amicabili ratione transfigi ibidem velint Pacificatores. Cujusmodi amicabilis Compositio inter alios sane Imperii Status, quam qui ratione ipsius Religionis, indeque dependentium bonorum Ecclesiasticorum, invicem disident, & in duas partes eunt, locum habere nequaquam potest. Id enim tantum intendit hac, de dirimendis non nisi amicabili compositione dubiis, lege, ne si forte in Judicio causa disceptaretur, ibidemque decidenda esset, Judicantes alteram litigantium partem odio, alteram favore Religionis complectentur, prout scilicet cujusque sacrorum professio cum religione litigantium vel consentiret, vel diversa ab eadem esset. Quod ne fieret, & ut citra hujusmodi προσωποληψίαν, omnique partium studio remoto, justitia administraretur, sicut cauteum hoc loco provifumque fuit, ita cum omnis hic metus, ubi Protestantes inter se super bonis redditibusve Ecclesiasticis litigant, non minus atque si Catholicus Status de re alia

qua

qua invicem disceptent, frustraneus plane sit, ipsam quoq; hanc dispositionem tunc cessare, manifestum est. Et juvat heic nos suo testimonio haud obscure ipse Adversarius. Cum enim id ipsum quod in *Art.V. §. XVII. num. 50.* de quo haecenus egimus, statutum sanctumque fuit, in *§. XIX. num. 52.* adhuc latius explicari, ita, ut nec pluralitas votorum attendenda sit, Rhetium *Dissert.* de *Jure Stat. Imp circa Sacra Cap.IV. num. 26.* fecutus, afferat *Dissertator,* istamque clausulam ulteriorem imprimis Protestantibus, quibus alias numero votorum a Catholicis superatis semper cedendum esset, salutarem pronunciet, adeoque fateatur non invitatus, utroque loco de uno eodemque plane subiecto agi ; in posteriori autem numero verbis claris expressum sit, quod *in causis Religionis inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Status in duas partes euntes*, sola amicabilis compositio , non attenta votorum pluralitate, obtinere debeat, liquido hinc colligitur , quod non minus ab hujus, quam antecedentis *num. 50.* dispositione controversæ illæ, quas ipsi Protestantes Imperii Ordines super-bonis redditibus Ecclesiasticis *inter se* exercent, exclusæ profus remotaque censi rebeant. Idque omne eo magis enitefecit, si quæ de paritate Judicantium utriusque Religionis, in ejusmodi causis adhibenda, *§. XX. num. 56.* hujus *Art.V.* statuta leguntur, accuratius secum expendere quis sustinuerit. Ad quem locum jam *superiori Capite §. XXIV. pag. 39. seqq.* aliquid annotavimus.

XI. Tandem etiam [6.] illud observari debet, quod per sanctionem Pacis Westphalice in d. *§. XVII num. 50.* interpretatione solum legislatoria & authentica prohibeat, docente Rethio *loc. cit.* quam cum Cæfari tantum non unice competere antehac asservissent Catholici, & Ipse Ferdinandus II. Imperator, promulgato celebri illo Edicto, sibi vindicasset, verebantur haud abs re Imperii Status , præsertim Protestantes , ne idem posthac cum Westphalica Pacis Instrumento, ortisque circa ejus intellectum dubiis, tentaretur ; itaque ut securi heic essent, hac, de Ostia brugenfis æque atque Religiosæ Pacificationis dubiis in Comitiis aliisve Imperii Conventibus decidendis, sanctione provisum essecumque est. Idem postea repeterunt Principes & Status Evangelici

gelici in Monitis particularibus ad Capitulas. *Cæstrea Artic.2.* verbis: daß der zukünftige Römische Kaiser sich den interpretatione der Reichs-Satzungen und insonderheit des Instrumenti Pacis allein nicht anzumassen / sondern dafern sich ein dubius intellectus ereignen sollte mit gesampter Ständ des Reichs Vorwissen Rath und Vergleichung auf öffentlichen Reichs-Dingen damit zu versfahren/ zu vorher aber dat innen nichts zu verfügen/ noch ergehen zu lassen. apud Londorp. *Tom. IX. Ador. Pabl. cap. 185. pag. 264.* Etel Friederich von Herden part. 3. der Grundfeste des H. R. Reichs *cap. 3. pag. m. 243.* Hanc itaque hujus legis occasionem cum & rerum getarum historia, & Juris Publici Scriptores, Obrechtus præsertim *Exposit. MSC. ad b. l.* & Henr. Henniges *Libro de Summa Imperator.* posest. circa Sacra, *Cap. V. §. n. pag. 196. seq.* nobis narrant, non obscurum amplius esse potest, quid eadem intenderint, & quod non aliam quam legislatoriā interpretationem heic intellexerint Pacificatores; eam autem sicut neutiquam in Imperio sibi vindicant Imperialis Cameræ Asseffiores, Judicum tantum in Supremo hoc Imperii Senatu munere fungentes, qui hac etiam ratione Richter in *Concept. Ordinal. Cam. Part. I. Tit. XIX. §. 1. Part. III. Tit. LXIII. §. 12. seq.* alibique passim, & Urtheiler d. t. *LXIII. §. 13. 17. & 18.* appellantur, ita vel hinc tamen luculenter satis apparet, non omnem omnino Westphalicam Pacem, ceterasque Imperii Sanctiones interpretandi facultatem iisdem hoc loco ademptam esse. Scilicet interpretatione illa, qua in Judicio per pronunciationem sententiæ, jurisque ad factum applicationem contingit, inter partes tantum litigantes jus facit, vid. *supra* §. IV. longeque alia est ab illa, que a Legislatore procedit, & decisionem authenticam, normamque, ad quam etiam in aliis causis jus dicere oporteat, complectitur: adeoque una etiam eademque regula utramque definiri & affirmari minime par erit. Hinc & sollicite admodum diversas illas interpretationis species Reinkingk. *Lib. II. de Reg. secul. & Eccles. C.L. II. cap. II. num. ult.* aliasque JCTos videmus discriminasse. Vid. e multis. Ziegler. *de Jurib. Majestat.* *Lib. I. Cap. VI.* & qui, more suo, accurate hac in re philosophatur Jacob. Lampadius, Ducum Brunsvico-Luneburgens. ad Westphalicae Pacificationis Conven-
tum

tum quondam Legatus, sub nomine Scipionis Aretini, *jam cit.*
 gründlich, *Deduction, quest. II. & III.* Et sane cum separata plane
 summae potestatis jura constituant Jus Nomotheticum & Judicio-
 rum, ut ex Prudentiae Civilis præceptis notum est, quid mirum,
 si & interpretamenta, que vi horum Jurium suscipiuntur, non
 unius ejusdemque indolis sunt? Quid, quod & JCtorum Col-
 legia per hanc Osnabrugensis Pacis sanctionem omnem ejus in-
 terpretandæ facultatem non adeo intercasam sibi crediderunt,
 quin de Jure circa Causas ejusmodi, que Articulum V. J. P. con-
 cernunt, consulti, respondere sibi integrum crederent. Ita enim
 controversiam, *an Principi Reformata Religioni additio liceat in*
territorio, in quo solum viget exercitium Augsburgæ Confessionis,
templum, ut in eo Reformata Religio exercetur, extruere, non ob-
stantibus pacis & privilegiis, quibus subditis sancte promissum,
quod alia Religio quam Augsburgæ Confessionis istud territorium non
debet introduci? ex Instrum. Pacis Art. VII. negative decidere
 non dubitarunt Scabini Lipsiensis Anno 1665. & cum Theologis
 quibusdam, JCti Academiæ Jenensis, memorante Struvio *Jur.*
Sacr. Justinian. ad l. se quis orthodoxæ, 10. Cod. de Hæretic. & Ma-
nich. similia Responfa habentur apud Ziegler. *de Jurib. Majest. Lib.*
I. Cap. XIV. §. 4. & 6. Optime, eodem Zieglero judice, Johannes
 Salas, & Emanuel Sa, apud Roger. Widdrington, *de Juram. fidel.*
Cap. 10. Possunt Doctores non quidem interpretatione necessaria, pu-
 blica aut juridica, sed privata & non obligante, leges omnes inter-
 pretari, etiam Princeps dicat: nemini liceat hanc nostram pagi-
 nam aliter interpretari. Nam tunc solum prohibet interpretationes
 privatas, & que plane sunt contra mentem ipsius, &c. Si igitur
 JCtis hisce in Causis de jure respondere fas licitumque est,
 non video certe, quo colore Augst. hujus Imper. Judicii Affe-
 foribus omnis ejusmodi inter partes controversarum Imperii
 Sanctionum decisio adimi & interverti queat. Hoc etenim prin-
 cipio semel admisso, verendum certe est, ne quis postea Reus,
 sua scilicet iniuriantis sibi conscientia, intentionem Actoris dubie
 Westphalicae Pacificationis, aliusve Imperii Sanctionis firmamen-
 to inipi, causatus, coram summo hoc Imperii Tribunali litigare
 detre-

detrectet, & nescio ad quos Imperii Conventus caufæ decisionem rejicere molitatur: Quod eo minus etiam ferendum est, quoniam optima ſerum interpres obſervantia, & experientia quotidiana abunde id refellunt. Cujus rei locuples testis eſt aliquoties jam nobis laudatus Jo. Deckherrus, Rerum Cameralium peritiſſimus Scriptor, Proceſſ. Informativ. Informat. Cap. I, pag. 18. ſeqq. unde nonnulla huc transcribere operæ pretium fore, non dubitamus. Ita autem Ille, poſtquam dixerat Conſtitutionum Imperii omnium interpretationes judiciales ad ſumma Tribunalia pertinere, five agatur de *Dubib⁹* circa Proceſſum Legibus, vel articulos decisivos, &c. mox ſubjicit: Si itaque de articulis decisivoſ inter supremorum Judiciorum Judices & Senatores, in pleno Consilio, de interpretatione quarumcunque Conſtitutionum Imperii juxta Jura communia convenerit, quis abrogaret temere lege publica nixam potentiam? Quis quotidiana negat legittima ejus exercitia? Atque ito poſt certissima, cumulatiſſima alia exempla, nuperrime cum de ſenſu Ord. Cam. Cameralibus immunitatem von Abzug und Nachsteuer largientis, & an hæc immunitas ratione omnium bonorum in quoquaque loco habitorum intelligenda ſit? disputareetur; Doctore N. affirmativam, Republica N. negativam ſtrenue defendantibus; NON ATTENTA ALLEGATA DUBLE LEGIS EXTENSIONE, ET PRÆJUDICIO TOTIUS IMPERII VENDITATO, Senatus pro Aetore pronunciavit. Et quæſo (pergit Deckherrus) quid ſibi vellent pro affirmativa ſtantes omnes Relationes & vota, edita & non edita? quid Judices supremi & ultimi? quid Judicia ipſa? ſi non in tantorum Judiciorum potestate eſſet, in his, negato recurſu omni, Jus dubium, inter collitiones & altercationes partium mutuas, cum per eminentiam legislatorie nihil diſponatur, ſolvere? ſi non de iuſtitia ſententiae docerent? In quam rem ſepiuſ contra partes recurſum tentantes, & remiſſionem petentes, denegata ratione remiſſionis facta petitione, Mandatum de exequendo decretum, quod eo ſtrictius obſervandum, quo diligenter partes judecante per has calumniantium iniquitates, omnibus viribus expellendas, convellere velle deprebenduntur. Et quis in dubium vocabit resolutionem dubit illis, qui Leges proviſionales, per totum Imperium ſub præjudicio ſervandas, more majorum

rum pronunciant? Hac Deckherrus, Conf. pag. 25. eod. cap. Scilicet summo Imperii Tribunalis, cuius unicum officium est,

Dicere ius populis, injustaque tollere facta,

Legem, si non claram omnino & manifestam, saltem non adeo intricatam, quin assequi mentem ejus diligens indagator facile possit, interpretari nefas, in Academica autem Cathedra in utramque partem de illa disputare, & dubiam hoc pacto eandem reddere, cuivis integrum erit, contra disertam Instrumenti Pacis hoc ipso num. 50. Artic. V. factam prohibitionem.

XII. Quando vero Mevii quoque auctoritate suam jam lapsantem causam fulcire nititur Adversarius, non minus frustra est. In ea namque, quæ priori loco allegatur, *decis. 67. part. 1.* non omnem omnino Westphalicas Pacificationis interpretationem Tribunalibus admittit Mevius, sed id saltem videtur innuere, si tale exoriatur dubium, quo de ipsa voluntate Constitutionis exoriatur dubium, quo de ipsa voluntate Constitutionis dubitaretur, vel ubi æquitas externa cum Jure aperte committeretur, & non a verbis solum, sed etiam a sententia Legislatoris aliena esset, quod eo casu ad superiores res remittenda sit, sicut his ipsis verbis mentem Mevii explicat D. Rhetius *Lib. 1. Instit. Jur. Pabl. Tit. 1. §. 21.* Quo quidem nos jam confugere, nulla fortassis adhuc cogit necessitas. Sed si vel maxime id etiam admittamus, nihil tamen ad infringendam sententiam nostram concludi exinde poterit, quoniam exhibitis debitis requisitis, sanctionis illius, qua Adversarius haec tenus contra nos pugnavit, verum & genuinum sensum eruere, haud difficile est, ut ex iis quæ *superiori Capite* prolixissime hanc in rem differuimus, abunde liquet. Quare ipse Mevius, de obscuro Instrumenti Pacis intellectu consultus, respondere non dubitavit *Consiliorum Oper. posthum. Conf. V.* In parte vero *II. Decis. 73.* aliud & hoc plane non pertinentem casum recenset Mevius; dubium quippe ibi oriebatur de Archiepiscopali quadam Constitutione, an ea pro lege habenda sit, nec ne? cuius decisio a superiori merito petenda erat. Conf. *decis. seq. 74.* Utroque vero & hoc, &, ad quem jam ante respondimus, loco, observandum est, non id velle Mevium, quod tota causa, cuius

A (ii.) alias

Hesiod.
Geor. v. 88. seq.

alias, (sicut illius, de qua nos hactenus egimus) fundata est jurisdictione, ad Cæsarem Ordinesque Imperii remittenda, sed quod exortorum saltem circa Instrumentum Pacis aliasve Imperii Constitutiones dubiorum decisio a Comitiis petenda sit, quam expetare Imperialis Camera, eique conformem sententiam postea ferre, ipsamque causam hac ratione decidere teneatur. Neque enim novum id est, ut in unius ejusdemque causæ diversis capitibus, diversi etiam existant Judices. Quemadmodum v.g. in eadem profrusa causa criminali jurisdictionem Magistratum inferiorem, Fisci autem interesse, ut loquuntur, non nisi Judicem fiscalem, & superiori aliquando Tribunal, fibi vindicare, ex I. i. Cod. ubi Cause fiscal. ostendit Mev. part. V. decif. 379. & seq. qui & part. IX. decif. 113, docet, quod causa privilegii violati simul non devolvat causam principalem, ex qua oritur, aut quam altera illa concernit. Qualia exempla plura hoc loco cumulare, sicut haud difficile, ita superfluum merito nunc censemus.

SECTIO II.

An non saltem ex capite prorogatæ Jurisdictionis, Imperialis Camera de hac causa cognoscere & judicare possit? disquirens.

COMPENDIA.

XIII. Prorogatio Jurisdictionis quid. Fit vel expresse, vel tacite.

XIV. Neutram b. locum habere contendit Adversarius, cum quod omnis prorogatio diserte improbetur, tum quod defectus reperiatur in subjecto æque atque obiecto prorogationis, tum denique, quod sanctioni illi J. P. qua

de Judice hujus cause agitur, velut in favorem omnium Protectantium latæ, renuntiari non possit.

X. Rationes pro sententia affirmante (1.) Cameræ Imperialis jurisdictionem & expresse & tacite prorogari posse, (2.) idque multo quidem facilius ab Ipsius Imp. Statibus, quam a privatis,

CUM

cum & alterius Judicis jurisditionem Ipsi prorogare, (3.) & Auctoris regis renuntiare queant. (4.) Pacta derogare Juri Communis. (5.) Amicabili Compositioni, quo dubia hujusmodi rejiciuntur, facultas renuntiari posse, quam discussioni judiciali.

XVI. Refutantur rationes contrarie. Prorogatio jurisditionis nullib[us] in J. P. hoc casu prohibita. E. permissa, & eo etiam magis, censenda, quod Camera Imp. jurisdictio in his & similibus causis fundata sit. Lex dat, litigantes prorogant jam habenti jurisdictionem. Affessores Cam. Imp. ius partibus dicunt, non legem ferunt, sententia sua causam aliquam decidentes.

XVII. Lex Pacificatoria, de

dubitis bisce ad Imp. Convenitus remittendis, non in omnium Protestantium in universum, saltem non ut universorum, sed ut singularum favorem lata. Ejusdem legis ratio, omnibus & singulis Protestantibus communis, & in religionis diversitate posita, in nostro casu cessat. Ejusdem legis, ratio, omnibus & singulis Protestantibus communis, & in religionis diversitate posita, in nostro casu cessat. Provocatur ad summorum Imp. Tribunalium observantium & exempla.

XVIII. Causam in Imp. Camera cæptam ad alterius cognitio[n]em remitti, inauditum, ipsisque Protestantibus Imp. Ordinibus summe noxiun.

XIX. Conclusio cum voto Auctoris,

XIII.

Equidem constat, quod prorogatio Jurisdictionis nihil aliud fit, quam ejusdem extra fines suos, ad personas v. g. vel causas, in quas alias de Jure non competebat, consensu litigantium facta extensio. Fitque non modo partium conventione & consensu expresso, l. 18. D. de Jurisdict. l. 1. & 2. de Judic. l. penult. Cod. de Paci. sed & tacito, quando reus v. c. (aliorum enim consensus adeo non necessarius heic est, ut etiam invito Ordinario Judice jurisdictionis prorogationem fieri posse, cum Gail. Lib. I. Obs. 40. n. 1. doceat Mevius P. IX. Decis. 219. & post eum Joach. Coch. Prax. For. German. Part. I. Cap. 4. § 3.) coram Judice, quem opposita præscriptione fori, aut primæ instantiæ, privilegio de-

A 2

clinare

Prorogatio
Jurisdictionis quid.

Expressa.
Tacita.

climare poterat, actionem fulcitur, & vel item ibidem conteatur, vel alius actibus judicialibus tacite in ejus Jurisdictionem consentit. *L. 2. pr. D. de Judic. l. 4. Cod. de Jurisdict. Rhoding. Pandect. Cameral. Lib. I. tit. 4. pag. 53.* Umm. *Disput. ad Process. Judic. IV. num. 102.* Num autem quoad illam, de qua haec tenus egimus, controversiam supremi, quod Spiræ est, Imperii Tribunalis jurisdictione, si ex se competens non esset, prorogari, & hac ratione competens fieri possit? id quidem in questione nunc versatur. Quod omnino affirmandum ducimus, per negante quantumvis Adversario *Cap. IV. Disserat. §. 3. pag. 34 seq.* cuius rationes ante omnia hoc loco expendemus.

Rationes
Adversarii
negantes.

XIV. Ita vero ratiocinatur: Cum Jure Romano duo sint, „quaæ per modum cause efficientis prorogandi jus producunt, „confensus nimium partium, & lex Publica, uti ostendit *Dn. Schilt- terus: Ex. ad ff. 6. th. 2 sine cuius (legis sc. publicæ) confirmatio- tione si esset (prorogatio) nunquam fuerit decretis aut senten- tias Magistratum terminos jurisdictionis excedentium;* Ideo hic „negativa preferenda erit: in nostra enim questione adeo nulla lex prorogationem probat, quin potius expressissimis verbis „harum rerum cognitio soli Imperatori cum Imperio servata sit; „& hinc etiam defectus in subjecto prorogationis passivoappa- „ret: ejus quippe haec est natura, ut in Judice jurisdictione talis „requiratur, qua ad item motam extendi vel prorogari posset: „non enim litigantium, sed legis est jurisdictionis datio, per l. 3. „C. de Jurisdict. vid. Franzk. *ad tit. ff. de Jurisd. n. 43.* in nostra „autem questione jurisdictione Camera expresse admota est. Nec „melior causa prorogationis objectiva hic existit, ea enim tan- „tum res & causæ prorogari possunt, quaæ per interpretationem „legum applicativam decidenda sunt, non vero ea, ubi expofi- „tivi juris interpretatione opus est: cum Judicis tantum sit se- „cundum leges, non de legibus judicare, quod solum illis com- „petit, qui legem condidere. *I. fin. C. de leg. c. 4. si filii sunt legit.* „*cap. 31. de sententi excomm.* Objicere quidem aliquis posset: Con- „stitutionem Instrum. Pac. in favorem Protestantium scriptam „esse, quemlibet autem favori pro se introducto renuntiare pos- „se,

„sc, per l.29. de Pacz. quod enim nobis nostri causa lex dedit, eo
 „non uti licere, & unumquemque de jure suo detrahere posse,
 „per jura vulgata. Probe vero hic notandum esse existimo, hanc
 „Instrum. Pac. sanctionem, non in duorum litigantium, sed totius
 „causæ, imo omnium Protestantium gratiam esse factam, nec et
 „iam duos litigantes, si maxime velint, eam tribuere posse Ca-
 „meræ jurisdictionem, quæ ipsi per legem Imperii expresse ad-
 empta est, adde Mev. cit. locis. Hæc *antologiae* Disserator.

XV. Enimvero cur affirmativa hujus quæstionis sententia, quam Rationes
 tuendam suscepimus, deferenda sit, nondum apparet. Nam (1.) Im-
 perialis Camera Jurisdictionem ex compromisso, adeoque expresse
 prorogari posse, non modo diserte in *Rec. Imp. Ratisbonens. de A. 1594.*
 §. Als auch der Compromiss halten fanchum, sed & illud haud conte-
 mnendo argumeto est, quod & in Regio Vismariensi Tribunal lo-
 cus fit hujusmodi compromissis, atque ejus Jurisdictione fundari hac
 ratione queat. vid. Mev. part. IX. decif. 114. & Coch. *Prax. For.*
 „Germ. Part. I. cap. I. §. 29. quam huic principio inniti & super-
 „structam esse, quod Tribunal illud, quia terras S. Regiae Majesta-
 „ti in Germania subditas, sit surrogatum & exæquatum Camere
 „Imperiali, scribit jam laudatus Mevius part. I. decif. 104. conf.
 dec. 17. & 233. n. 3. & per partes ostendit ejusdem S. Judicij hodie
 Alsför Joach. Christian. Coch d. libr. P. . Cap. I. Prorogari au-
 tem tacite etiam eandem a partibus posse, sibidem conventi pri-
 vilegium fori primeve instantie non opponant, præter alios, do-
 cent Blum. *Process. Cameral. tit. XXVI. n. 31.* Roding. *Pand. Ca-
 mer. Part. I. tit. 4. Cap. 7.* & post eum Mev. *Part. II. Decif. 376. n. 9.*
 qualia prorogacionis exempla passim occurunt. Vid. Meichsner.
Tom. I. Lib. I. decif. 3. seqq. Ruland. *de Commissar. Part. IV. Lib. VII.*
cap. 2. num. 6. & 8. de quo eo minus etiam dubitari debet, cum
 & Aufregarum jurisdictionem, quam tamen ordinariam esse mul-
 ti negant, certo modo prorogari posse, doceant Schubartus *de*
Aufreg. cap. 7. num. n. seqq. Schuz. *Vol. II. Colleg. de S. R. R. Disp.*
III. th. 15. lit. e. Rhet. *Lib. IV. Institut. Jur. Puhl. tit. 2. § 13.* Et (2.)
 etiam Status Imperii, dummodo se ab ejus jurisdictione non o-
 mnino eximere, & aliorum potestati subjicere velint, jurisdictione

nem alterius Judicis prorogare posse, assertit Gail. *de Arrest. cap. 6. num. 30. seqq.* quem sequitur D. ab Andler. *Jurisprud. Publ. & Privat. Lib. I. Tit. X. Part. 2. num. 24.* Quinimo ab Ordinibus alisque Imperii nostri immediatis Membris Imperialis Camera Aulicique Judicij jurisdictionem facilius longe, quam a privatis, prorogari posse, non idoneis tantum rationibus, sed & quotidiana experientia comprobari potest. Conf. Schubart. *de Austreg. Cap. VII. n. 28. seqq.*

Quare & (3.) Austregis renunciare Isdem permisum est. D. Lyncker *de Gravam. Extrajud. Cap. V. Sec. I. §. 19. num. 5. pag. 410. junct. pag. 445. n. 13. & pag. 737. n. 2.* quod recenti præjudicio firmat Blum. *Proc. Camer. tit. XXVII. n. 172.* Et cum

(4.) ex illa potissimum ratione, quod pacta derogent Juri Communi, *I. i. §. 6. D. Depos.* & quod provisio hominis tollat provisionem legis, *I. fin. Cod. de Paci. Convent.* Austregas Ordinum Conventionales, si cum legalibus concurrant, his derogare, conset *ex Ordinat. Camer. Part. II. tit. 2.* Blum. *Proc. Camer. tit. XXVII. n. 170.* Schuz. *Vol. II. Colleg. Publ. Disp. III. th. 3. lit. e.* cur non ex iisdem rationibus, in nostra quæstione, Cameræ Imperialis Jurisdictionem, si vel maxime competens ex se non esset (cujus tamen contrarium *Sec. I. hujus Cap.* evidentissime demonstratum fuit) tacite ipsoque facto Imperii Statibus liceret prorogare? Accedit (5.) quod dubia illa, de quibus in *d. num. 50. Artic. V. J. P.* agitur, non ad Judiciale decisionem, verum ad amicabilem in Comitiis aliisve Imperii Conventibus inter partes ineundam compositionem, rejicienda esse fanciatur, nemo autem ignoret, amicæ ejusmodi transactioni facilius multo quam judiciali discussioni a partibus posse renunciar. Et quid si Comitia non habentur, numquid omni Juris Justitiaeque auxilio, contra Jus fasque oppressos eo tempore privandos dicemus? Id vero Imperii non minus tranquillitatì adversum, quam ad priscam barbariem gradum struere, patriamque bellicis motibus facile involvere posse, nemo non videt. Conf. Deckherr. Consult. *de Pace Relig. Num. IX. pag. 377. seqq.*

Refutantur
rationes
contrarie.

XVI. Neque vero Adversarii rationes grande adeo momentum trahunt, quin facili opera refutari diluique singulæ possint.
Quod

Quod enim *principio* de jurisdictione Imperiali Cameræ per Sanctionem Westphalicae Pacis expresse heic adempta, satis quidem confidenter, afferitur, id falsissimum non modo esse, ex antecedentibus liquet, sed & si vel maxime litem hanc dubiis illis, quæ d. n. 50. Art. V. J.P. ad Comitia aliosve Imperii Conventus remittuntur, annumerandam esse, non negaremus, exinde tamen inferri nequitquam posset, quod in hac ipsa causa Cameræ Imperialis Jurisdictionem sive expresse, sive tacite, prorogare partibus non licet, cum prorogationis hujus ne verbo quidem mentionem faciat Sancchio Pacificatoria, tantum abest, ut illa, liberrimæ alioquin voluntatis, litigantium facultas, ipsa lege tacente, tantopere heic restricta & limitata censerri debeat. Et cum ipsum Pacis Instrumentum pro norma atque regula August. hujus Imperii Judicij Assessoribus præscriptum sit, Art. XVII. §. 2. quis neget, ejusdem Jurisdictionem circa lites & controversias exinde natas (eo enim nostra quoq; ab Adversario trahitur controversia) saltem per partium prorogationem fundari atque extendi haec tenus facile posse? id quod hoc, de quo in prælens agimus, casu eo magis etiam credendum est, quod in similibus, que ex Instrumento Pacis inter Ordines Imperii disceptantur, causis, competentis legitimique Judicis' munere fungantur supremi hujus Tribunalis Assessores. Sive enim aliqualem tantum similitudinem, caueque qualitatem generalem & summam sufficere quis judicaverit cum Vultejo ad L.I. Cod. de Jurisdictione omn. Judic. & Brunnem. Commentar. ad eand. I. ita ut si in genere saltem causæ illæ, in quibus notorie fundata est Judicis Jurisdiction, cum his ad quas prorogatio fieri debet, convenient, utrum quoad speciales nonnullas qualitates forte differant, earum tamen prorogatio nihil hinc impediatur, omnino indubitate res est; sive convenientiam in qualitate etiam speciali quis requiriverit, adeo, ut ad aliam diversa speciei causam, nullam prorogari posse, censeat cum D. Lynckero Protribunal. repetitæ, quam adhuc parat, edition. Cap. de Jurisdictione, apor. 14. nec quidem similibus exemplis defituemur. Ut enim taceam controversias, que Protestantibus Imperii Ordinibus cum Catholicis circa bona redditusque Ecclesiasticos intercedunt, quarumque fo-

rum

rum competens Imperialem Cameram esse, in confessō apud omnes est, ipsæ illæ lites, quas Protestantæ super iisdem causis inter se exercent, haud dubie in eodem Supremo Tribunali decidendæ sunt, saltem illo, quod fingitur, dubio (ut Adversarius quidem contendit) ad Comitia remisso. Vid. *SeG. I. hujus Cap. in fin.* At si in hisce causis, nemine diffidente, fundata est Cameræ Imperialis jurisdictione cur non haec tenus ea prorogari, & si voluerint partes litigantes, hoc, quod subesse creditur dubium, simul cum tota causa definiti ibidem possit, nulla profecto idonea ratio reddi potest. Quod enim etiam privatis quibuscumque Romano Jure induitum fuit, id Imperii nostri Statibus hodie deneicare velle omnino putidum foret; præsertim cum observantia ususquotidiani exemplis satis edoceamur, eandem prorogandi facultatem etiam ipsos Imperii Ordines, nemine unquam contradicente, subinde solitos usurpare. Concedemus ergo Antagonistæ nostro ultro, non esse litigantium, sed legis, dationem Jurisdictionis, dummodo vicissim Is nobis largiatur, posse litigantes prorogare Jurisdictionem jam habent. Coch. *Prax. Port German.* Part. I. Cap. 4 pag. 82. Acute, ut solet Donellus, *Commentar. Jur. Civil. Lib. XVII. cap. 10. p.m. 976.* Dum litigatores, inquit, aut alii, aut in alia causa se subiciunt Judicis jurisdictioni, non ideo inconsentientes Judicis jurisdictione est, quia darent in se jurisdictionem, si proprio loco volumus: sed quia eam jurisdictionem, quæ prius fuit Judicis in aliis, aut in aliis causis, in se quoque admittant. Et paucis interjectis; si proprio loco volumus, non est dicendum, litigatorem consentientem jurisdictionem dare, quam non habet: sed potius, dare Judicis jurisdictionis in se exercende potestam. Quod etiam in fine ejusdem Cap. repetitur. Unde jam corruit quoque, quod de causa prorogationis *objectiva* motum a Dif-
fessorate est. Præterquam enim quod nondum sufficienter probatum sit, prorogandi facultatem ad eas unice causas restringendam esse, quæ interpretatione applicativa definiri queant, illud in memoriam hic revocari debet, non illico pro actu aliquo legislatorio habendum esse, si S. Imper. Tribunalis Senatores causam coram se ventilatam, etiam subobscuram & quodammodo dubiam,

dubiam, sententia sua decendant, cum ius tantum partibus litigantibus, non aliis, hac ratione dicatur, sicut ex iis que §. XI. Sect. Superior. hanc in rem differimus, manifestum est. Et si vel maxime illud, de discrimine inter expositivam & applicativam Juris interpretationem, postulatum certo modo admitteremus, ad eum tamen casum id extendi nequaquam posset, quando in favorem tantum partium rei alicujus decisio Judici est ademta, uti quidem omne, quod de dubiorum in causis Ecclesiasticis ex Instrumento Pacis subortorum ad Comitia remissione sancitur, eo solum intuitu constitutum esse, jam nunc uberiorius demonstrabimus.

XVII. Quanquam enim omnem moveat lapidem Dissertationis Auctor, ut hanc Instrumenti Pacis sanctionem, non in duorum tantum litigantium, sed tortius causa, omniumque Protestantium favorem factam esse, & ideo a litigantibus eidem renuntiari haud posse, Lectoribus suis perfaudeat, irritus tamen omnino iste conatus atque frustraneus est. Dubia namque ejusmodi (fingamus, nostræ etiam questionis discussionem eo spectare) ad Comitia aliosque Imperii Conventus, amica ibidem utriusque Religionis Procerum conventione transfigenda, non alia de causa fuerunt remissa, quam ne Protestantes Imperii Status in summis Ejusdem Dicasteriis cum Catholicis, quos gratia plerumque apud Judicem prævalere, dicebant, litigantes, caufa, utut justissima, ut plurimum fortassis caderent, reque ipsa multis, Westphalica hac Pacificatione sibi concessis, beneficis defraudarentur. Quam constitutionis hujus rationem ipse etiam Adversarius in *antecedenti* §. 2. non obscure agnoscit. Ut autem tale quid in hac vel illa causa præcaveatur, privati saltem, non publici commodi ratio postulat; quoniام si vel maxime Protestantium aliquis Imperii Statuum sciens volensque Juri suo hactenus renuntiaret, & iniquum etiam Judicem in casu sua experiretur, inde tamen nullum prorsus ad reliquos eorundem Sacrorum socios redundaret damnum; quorum scilicet in arbitrio adhuc manet, num in simili casu Judicis ejusmodi ceteroquin incompetentis (ex Adversarii hypothesi loquimur) jurisdictionem itidem proro-

B (ii.)

gare

Gestalten dann fünftens die Güther und Renthen quæstionis, Hanauischer selbst eigner Geständniß nach / nicht zum privat-Müzen des regierenden Herrn Graffen / sondern zu der Graffschafft / und deren darinn befindlichen Kirchen besten employiret und verwendet worden seyn sollen ; nun aber ist ganz klaren und unstreitigen Rechtens quod ea quæ in ipsius feudi utilitatem conversa sunt, pro oneribus feu-

di habenda sint, indeque Successores etiam feudales eadem tanquam onera feudalia, ipsi feudo incumbentia, agnoscere teneantur.

Carpz. Part. II. Consil. 46. definit. 7. & 29. Struv. Synt. Feud. Cap. 14. aph. 5. & 7.

Et quod omnia illa, qua ab Antecessore tanquam Principe aut Comite, non tanquam a privato acta, hoc est, quæ intuitu dignitatis acta sunt, successor rati habere, indeque omne etiam æs alienum, eo nomine contractum, exsolvare teneatur.

Myler. Nomol. Cap. 14. num. 3. & 5. & de Princip. & Stat. Imp. Cap. 21. n. 19. Carpzov. Decis. 88. Klock. Tom. III. Consil. 155. num. 89. seq.

Za wann auch gleich sechstens a parte adversa etwas in Processu solte versehen worden seyn/ welches man doch Hanauischer Seiten teftantibus Actis, allezeit verneinet/ auch noch nicht recht eingestehen will/ so mag doch solches dem jetzt regierenden Herrn Graffen gar nicht zu statten kommen; dann wann er factum defunctionum ratione spoliationis approbiret/ so muß er auch den darüber bishero geführten Processum approbiren/ approbitet Er es aber nicht/ so hat Er auch mit dem Procesis nichts zu thun/ und muß also spoliata bona, eorumque fructus, nach Aufweis gemeiner Rechten/ restituturen und absolgen lassen. Zugeschweigen anjetzo/ daß das angegebene Versehen nur darum vermeintlich bestehen solle/ daß die Hanauische defension anfänglich nicht auf das Instrumentum Pacis, sondern allein auf die gemeine Rechte gegründet worden. Nun ist aber aus der zum öfften angezogenen Disquisition ganz handgreiflich zu ersehen/ daß die dispositio Instrumenti Pacis, und der darinn ratione honorum & reddituum Ecclesiasticorum angesetzte terminus Decretorius Anni 1624. dem Herrn Gegenthell in keine Weis oder Weg möge vorträglich seyn/ sondern einig und allein auf den casum, wann Catholische und Protestantende Reichs-Stände miteinander litigirten/ applicabel, einfolglich wann man gleich ex adverso die so lang post festum aus besagtem Instrumento Pacis hervor gesucht und auf einem ganz widrigen und selbst erdichtetem sensu derselben gegründete exception nimmermehr opponiret hätte/ dgnnoch dadurch ganz kein Fehler begangen worden wäre.

Angese-

Angesehen / auch solches siebendes daraus gnugsam abzunehmen/ weil dem hocherleuchteten Herrn Richter bey Absatz- und Publicirung der Anno 1680, den 7. Julii ergangenen Actori Urtheil außer allem Zweifel zur Genüge bekannt / und erinnerlich gewesen / was dergleiche vim sententia definitiva auf sich habende Interlocuten/ vor einen grossen Effect und Wirkung in Rechten haben.

Nimirum quod non possint, nisi utraque parte volente , a judece, & quidem solum ordinario, revocari. D. Lyncker. *de Gravam extra jud. cap. 9. pag. 766. seq.* Lancellot. *de Attent. part. 2. cap. 12. Limit. I. n. 22. &c. 28.*

Dahero leicht zu erachten / daß derselbe / nach des Gegenseitigen Informatoris eigenen principiis, gar nicht würde vergessen haben/ den Mangel und Abgang/ wo sich einer gesunden hätte/ ex officio zu suppliren und zu ersehen. Nachdem aber dergleichen nichts geschen/ sondern vielmehr und im Gegentheil alles dessen unerachtet/ jetzt erwehnt höchst importans und zu Ende dieser Gegen-*Information* beygefügtes auch vor längst schon in rem judicatarum erwachsene Interlocutori-Urtheil von Ihme ausgesprochen worden/ so ist allerdings klar und offensichtlich/ daß dann die ex post facto nichtiglich eingewendete/ und ex Tabulis Pacis erprungene Exception , eo ipso pro irrelevanti & incompetenti hochvermünftig declarirt und erkennet worden.

Und je mehr man oft berührte gegenheilige Exception , da der jetzige Herr Graff den Kopf aus der Schling zu ziehen/ und nichts des stromeniger die Güther und Gefälle quæstionis innen zu behalten/ zu nutzen und zu gebrauchen sich unterstebet / mit behörigem Fleiß betrachtet/ je mehr läßt sich deren Nichtigkeit handgreifflich erkennen. Dann entweder macht sich der jetzt regierende Herr Graff des Proceses theilhaftig oder nicht : Macht er sich theilhaftig/ und defendirt die Sach/ so muß er nicht allein eventum litis prætiriare/ sondern er macht sich auch eo ipso des begangenen spolii theilhaftig / und ist nicht weniger als seine Herren Antecessores, die spolierte Güther zuforderst zu restituieren obligiret.

Nam spoliare dicitur etiam is, qui spolium ab alio commissum ratum habet, & conveniri potest ut ipse spoliator Vultej.
Vol. III. Conf. Marp. XXII. num. 119. seq. Sixtin. *Vol. II. Conf. Marp. 10. n. 17.* Will

Will aber der Herr Gegentheil dessen allen ex principio prætentio, daß er ex providentia Majorum Successor worden / nicht theilhaftig seyn/ so muß er erstlich erweisen/ daß er der Erbschafft in allodialibus renunciirt / und diese a bonis feudalibus ordentlich separaret habe.

Vid. *Nucl. Responsor. Cujusd. in Imp. Cam. Adv. Resp.* 41.
Zweytenz muß er vor allen Dingen die spolierte Güther restituiren/
 Spoliantis enim Successores, non solum universales, sed & singulares æque atque ipse spoliants ante omnia restituere tenentur. *Sixtin. Vol. III. Conf. Marp. 9. num. 13. Conf. Vol. IV Conf. Marp. 40. num. 119.*

Und wann endlich dieses von dem gegentheligen Informatore althier gebrauchte irrite principium dennoch angehen solte/ so würde drittens nothwendig folgen/ daß ein jeder Successor ex pacto & providentia majorum alle retroacta zu retractiren freye Macht habe; wodurch nichts beständiges decidirt werden / noch auch einiger Procelz seine völlige Endschafft erreichen könnte: Quod uti absurdissimum, ita praxi quotidiana contrarium est.

Es bleibe aber der gegenthelige Herr Informator dessfalls bey seinen Gedanken oder nicht/ er suche auch ferner hervor was er inner wolle/ so werden doch die vor Frankfurt in dieser Sachen wohl ausgesprochene Urtheil nichts destoweniger dagegen verhoffentlich bestehen/ und durch solche und andere dergleichen übel fundirte principia keineswegs umgestossen werden.

Allermassen dann gleichwie schließlichen auf Seiten der Stadt Frankfurt man den selben billig inhäritet/ und durch dasjenige / so bishero deducirt und beigebracht worden/ keineswegs davon abzuweichen/ oder in petitorio noch zur Zeit im geringsten sich einzulassen gemeint ist / desuper iterum atque iterum protestando ; Als zweifelt man auch nunmehr gar nicht / es werde ein höchst preißlich der Römisch Käyserlichen Majestät und des Heiligen Reichs Cammer-Gericht denen gegenseitigen ganz nichtigen Einstreuungen durchaus keinen Platz geben sondern vielmehr höchst vernünftig consideriren/ daß/ wofern dergleichen unrechtmäßigem Beginnen/ da ein Protestirender sein an einem andern gleichfalls Protestirenden Reichs-Stand begangenes

spolium

spoliari und That-Handlung mit solchen ungegründeten/ aus dem Instrumento Pacis gleichsam mit den Haaren herbegezogenen exceptionibus und Aufflüchten zu coloriren sich unterstehet/ noch ferner sollte nachgesehen werden/ viele höchst schädliche consequentien/ Trennungen/ und eine grossi Zerrüttung in dem Heiligen Römischen Reich ganz unzweifelhaft nach sich ziehende Miß-Verständniß entstehen/ und hinkünftig ein jeder/ der einen andern seiner wohl-hergebrachten Profession allein de facto, und ohne einzige darzu habende Besugniß entsethet/ so fort zu dem Instrumento Pacis seine Zuflucht nehmen/ und dadurch die von ihm hoch verbotener Weiß verübte Gemaltheitigkeiten zu beschonen/ sich unterscheiden würde; dahero solchem weit ausschendem Ubel auch anjeko/ so viel immer möglich/ vorzubiegen/ die in dieser Sachen wohl ausgesprochene/ und allbereit vorlängsten in rem judicatam erwachsene Urtheil mit dergleichen Nachdruck zu mainteniren wissen/ damit Thzo bei den Gegenthiligen tergiversationen ohne das ziemlich periclitirende Autorität und hohes Ansehen nicht allein ferner conservirt/ sondern auch der lieben Justiz zu Steuer/ jedermanniglich zu dem Seinigen fordersamst verholffen werde.

Beylagen.

Lit. A.

Lun. 23. Maj. Anno 1602.

Six Sachen Burgermeister und Rath der Stadt Frankfurt i wi-
der Weyland Herrn Philips Ludwigen/ Graffen zu Hanau/ min-
derjähriger Kinder Vormünder/ Citationis five simplicis quæ-
relæ das Kloster zun Weissen Frauen betreffend/ in puncto Exceptio-
num fori declinatoriarum, Ist vorgewendeter Einrede ungehindert/
der Krieg Rechtens von Amts wegen für bevestiget angenommen/ und
D.E. was sich auf die Articul den 12. Martii Anno 1600. einkommen/
in specie zu handlen gebühret/ Zeit sechs Monat von Amts wegen an-
gesetzt/ mit dem Anhang/ wo er solchem also nicht nachkommen würde/
H (ii.) das

1976 Wohlgegrundete Gegen-Information

dass alsdann erwähnte Articul für bekannt angenommen / und ihme der
Weg Defensionales vorzubringen hiemit benommen seyn solle,

Lit. B.

Jovis 26. Junii. Anno 1606.

Si Sachen Burgermeister und Rath der Stadt Frankfurt/ Kläger/
re/ wider weyland Herrn Philippus Ludwigen/ Graffen zu Hanau/
Münzenberg Kinder Vormündere/ Be lagte/ in puncto Exceptionum
fori declinatoriarum, des Weissen-Frauen-Closters Gefälle belangend/
lässt man es nochmahlis vorgewendeter Einrede un gehindert/ bey dem am
23. Maj. Anno 1603. ergangenem Urtheil bleiben / und ist D. R. was sich
auf Libellum Articulatum am 12. Martii Anno 1600. ein kommen/ zu
handlen gebührt/ Zeit 6. Monath pro tempore & prorogatione von
Amts wegen angefest/ mit dem Anhang/ wo er solchem also nicht nach-
kommen wird/ dass es alsdann bey erwähntem Urtheil bleiben solle,

Lit. C.

Mercurii den 7. Julii 1680.

Si Sachen Burgermeister und Rath der Stadt Frankfurt Kläger/
re/ wider Weyland Herrn Philippus Ludwigen / Graffen zu Hanau/
Münzenberg Kinder Vormündere / jeso Herrn Friedrich Casimiren
Graffen zu Hanau Be lagten/ Citationis, der Weissen-Frauen Gefälle
betreffend/ Ist Dr. E. am 13. Februar. und 16. Junii 1679. Einwendens
un gehindert/ von Amts wegen der Bescheid/ das wosfern die Klägere/ das
sie in possessione vel quasi der Niesung und Erhebung dem Kloster que-
stionis zugestandener / in des Herrn Be lagten Territorio gelegener
Güther/ Sins/ Renten und Gefäll/ so v. n denen Klägern eingezogen
worden/ auch nach dessen Einziehung bis auf die geklagte turbation ge-
wesen / wie sichs zurecht gebühret/ erwiesen werden / das solches gehört
werden/ und ferner darauf er gehen solle/ was Recht ist.

Lit. D.

Si Supplicanten sein Begehren/ als unmöthig/ abgeschlagen/ son-
dern mag derselbe/ ob er will/ auf die/ durch Dr. Z. am 19. Octo-
bris

bris 1680. eingebrachte Handlung und Beweis, daß Klägere in der quasi possession des Klosters questionis Zins und Gefäll Erhebung nach dessen Einziehung bis zur Zeit der geflagten turbation, gewesen seyen/ seine Nothdurft beobachten. In Cons. ii. Aprilis Anno 1681.)

Lit. E.

Veneris den 7. Julii 1682.

Für Sachen Bürgermeister und Rath der Stadt Frankfurt Klage, re/ wider Weyländ Herrn Philipp Ludwigen Graffen zu Hanau-Münzenberg Kinder Vormündere/ ideo Herrn Friedrich Casimiren/ Graffen zu Hanau/ Beplagten/ Citationis, der Weissen-Frauen Gefäll betreffend/ ist Dr. E. was sich auf die durch Dr. Z. am 19. Octobris 1680 eingebrachte Folgeleistung und Beplagen/ auch die Originalia zu agnosciren oder zu diffitire/ wie auch D. Z. was sich auf die durch D.E. am 1. Julii 1681. eingegebene Exceptiones in specie zu handeln gebühret/ allerseits Zeit drey Monaten pro termino & prorogatione u. a. w. angesetzt/ mit dem Anhang/ wo sie solchem also nicht nachkommen werden/ daß alsdann die Sach in allen Puncten hemit vor beschlossen/ respective die Originalia pro agnitis angenommen seyn / und in der Sachen ferner ergehen solle/ was Recht ist.

JOHANNIS SCHILTERI
DISSERTATIO ACADEMICA
DE
**TERMINO A QUO RE-
STITUTIONIS
BONORUM ECCLESIAST.**

Ad
INSTRUM. PAC. WESTPHAL.

ART. V. §. 2.

H 2

§. I. Tra-

§. I.

Traetatur de Termino a quo restitutionis in Ecclesiasticis, & quæ intuitu eorum in Politicis mutata fuerant, de quo in Art. V. §. 2. Pacis Monasterio Osnabrugensis transactum inter Catholicos & Augustana Confessionis status fuit, ante omnia vindendum est, an de hoc argumento in Academias dilputare fas sit? Dubium movere potest ipsum Instrumentum laudatae Pacificationis d. Art. V. §. utriusque religionis Magistratibus injungitur, ut severe & rigorose prohibeant, ne quisquam publice privatim concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo, Transactionem Passavensem, Pacem Religiosam, vel hanc in primis sive declarationem sive Transactionem uspiam IMPUGNET, dubiam faciat aut assertiones contrarias inde deducere conetur. Atque eti intentio nostra nullo modo est, ulla ratione Pragmaticam illam Sanctionem impugnare aut contrariam assertione statuere: adhuc tamen obstare videntur illa, quæ ibidem mox sequuntur: *sed si DUBII quid hinc aut aliunde incidat, aut ex causis Pacem religiosam aut hanc Transactionem tangentibus resulteret, de eo in Comitiis vel aliis Imperii Conventibus inter utriusque religionis Proceres, non nisi amicabili ratione transfigatur.*

§. II. Accedit auctoritas rerum judicatarum in Camera Imperiali, quæ ejusmodi controversias non decidit ipsa, sed ad Comitia remisit. Ita enim interlocuta in causa inter Potentiss. Electorem Brandeb. ut Principem Mindensem, actorem ex una, & Serenissimos Duces Brunsvic. & Luneburg. reos ex altera parte, super Monasterium Lokum, die 28. Sept. 1677. (Si actor & rei ab Imperatore & Statibus declarationem impetraverint, quod Transactione limitanea inter Episcopatum Mindensem & Duces Brunsvicenses an. 1512. facta & an. 1582. confirmata, sub dispositione Instrumenti Pacis art. V. §. quæcunque monasteria 25. super possessione vel quasi Kal. Januar. 1624. etiam continetur, & propterea lis an. 1597. coepit & ejus pendentia extincta sit, quod tunc porro procedendum prout Juris) Itemque die 14. Martii 1695. in causa in-

ter

ter Civitatem Francofurtensem ad Moenum & Dn. Comitem de Hanau, super Monasterii Albarum Dominarum redditibus in territorio Hanoviensi, quos Dn. Comes an. 1593. monasterio amplius praestari denegaverat, & propterea mox de turbatione conventus fuerat, lis quoque an. 1678. reaflumta, & auctoribus probatio confessionis vel quasi usque ad turbationem factam imposita, qua facta, demum exceptio litis finita ex I. P. opposita fuit, & pronunciatum, (salvo tamen jure Camere Imperiali ex Legibus Imperii & alias competente interpretandi constitutiones ac Recessus Imperii in aliis casibus:) Si auctores vel dominus Reus declaracionem ab Imperatore & statibus impetrarint, quod hic casus specialis sub dispositione habitae confessionis vel quasi Kal. Jan. 1624. Instrument Pacis Art. V. §. quæcunque monasteria, quoque continetur, & hic §. etiam, ad status A. C. & eos, qui Reformati vocantur, inter se ipsos pariter intelligendus sit &c.

§. III. Verum enim vero neque allegatus textus, neque res illæ judicatae, nos arcent, quo minus pro libertate Academica dispiciamus de proposito argumento, nunquid de jure interpretatione ista extensiva locum invenire possit? Neque enim ut jam præoccupatum fuit, hac visione sanctio J. P. ul' o modo impugnatur, neque auditoriatem sive LLatoris sive Judicariam nobis arrogamus, quippe que in allegato textu duntaxat restricta & LLatoria potestati reservata: quum alioquin Camere Imperiali antea competere, ut cognosci potest ex Resolutione Imperatoris in Comitiis Augustanis an. 1559. ad utriusq; partis gravamina quam exhibet Lehman. Auctor. P. R. P. 2. c. 3. Sollte aber je ein caſus oder mehr dermaßen zweifelhaftig und disputirlich fürfallen, daß derſelbe ſich ersten anſehens aus dem Buchſtaben ermeldet Relig. Friedens nit wolt decidiren laſſen, so versieht ſich I. Majestät, Cammer-Richter und Beysizer, als Rechtiverständige unpartheyische Ehrtiebende Leuth, und die von beyder Theil Religion Verwandten geſetzſeyn, werden nicht destoweniger den Verſtand, der den gemeinen geſchriebenen Rechten, auch aller natürlichen Erbarkeit, Billigkeit und Menschlicher Vernunft gemäß ſey, daraus zu schöpfen, und ſich demſelben nach in Verfaſſung iherer Decreten und Urtheil aller

Gebühr wissen zu erzeigen. Idem postea in resolutione Cæsarea in Comitiis an. 1566. confirmatum fuit. *ibidem* pag. 250. & in decisione quatuor Dubiorum an. 1582. exercitum, *apud Lehman. Ad. P. 3. c. 29. p. 263.* quoties tamen vota paria, decisiō ad Imp. & Status remittenda, *ibid. pag. 289.* Densil. *Jur. Camer. t. de Pac. Relig.* Ubi notandum quod Judicibus Camere competet hoc genus interpretationis, als Rechtsverständigen, h. e. ut Jurisconsultis simul, non meris Judicibus.

§. IV. Enim vero officium JCt ab officio & potestate Judicis diversum, non fuit nova Lege restringutum, quo minus aut de jure respondere partibus litigantibus desuper, aut disputando veriorem sententiam exquirere per regulas juris & legitimæ interpretationis, queant. Atque si advocatis partium de tali casu litigantium prohiberi nequit, quin fundamenta singuli suæ partis invicem proponant atque ventilent, id quod vel ex libello Dom. Electoris Brandenb. anno 1680. die 27. Jan. Imperatori exhibito, & mox in Comitiis Ratisbon. dictato patet: multo minus JCtis Academicis id prohibitum censendum est, quorum munus est, ex habitu prudentiae civilis, potestati & LLatoria & Judicia, quod justum & utile, quidve statuendum, quid judicandum, fugarere: Potestas enim LLatoria & Judicia qua talis, diversa est ab habitu prudentiae LLatoria & Judicia.

§. V. Quamobrem nec interpretationi vel declarationi Authenticae Imperatoris & Imperii quicquam præjudicatur, non magis, quam Paulus præjudicavit Imperatori suo, qui concesserat patri filio muto puberi substituere, cui tamen postea natus fuisse haeres; interrogatus JCtus, an concessio contra suum haeredem interpretanda? respondit: *Beneficia quidem Principalia ipsi Principes solent interpretari;* verum voluntatem Principis insipientibus, potest dici, etenus id eum tribuere voluisse, quatenus &c. Fas scilicet est JCto, salva interpretatione Authentica, voluntatem a consensum LLatoris indagare, inspicere, & consulentibus de eo respondere. Unde quod de decisione horum dubiorum in fine d. §. 50. dicitur: *de eo in Comitiis vel aliis Imperii convenientibus inter uribus*

uriusque religionis Proceres non nisi amicabili ratione transfigatur. Id excludit viam armorum, ut Lex Arministii Ratisb. IX. interpretatur, *vel facti, directe vel indirecte, nec per se nec per alios*: non vero consilia & responsa Prudentium transfigentibus utriusq; religionis statibus suggesta vel sugerenda. Sicuti nec *Amicabilis ratio transfigendi*, excludit transactionem sive per arbitros & horum lauda, in casu compositionis amicabilis deficientis. Neque enim eo in casu ulli alii quam utriusque religionis Proceribus decisio committenda. Atque haec est illa, quam *doctrinalem* vocant interpretationem, & quam ipsam quoque contra duriuscula Mevii verba P. r. decif. 67, 2. illustris Dom. Rhetius *Instit. J. Publ. 1. 1, 80.* ex hoc ipso §. J. P. JCto vindicat.

§. VI. Ad rem igitur ipsam. Quae situm itaque, quoties inter confertes ejusdem religionis, veluti inter Catholicos invicem, aut inter Protestantes, & vel inter ipsos A.C. addictos, aut inter Reformatos, aut inter Reformati & A.C. addictum, de restituendis bonis Ecclesiasticis lis agitatur & possessor rei litigiosæ, Articulum propositum pro se interpretatur, atque Exceptiōnē litis per hunc articulū extincta & finita actori opponit, an haec talis Exceptio fundamento juris gaudeat, ut actionem elidat, & reum a restituendo absolvī faciat? Quo in argumēto imitemur modo laudatum Paulum JC. & primo voluntatem atque intentionem paciscentium indagemus & inspiciamus. Ubi primo consideranda veniunt partes litigantes hactenus & transfigentes: deinde objectum & materia circa quam fuerunt occupatae: Tertio de modo & tenore transactionis ac denique de transactionis hujus natura & effectu; ex quibus deinde de voluntate paciscentium in casu proposito facile judicare poterit summa LLatoria potestas.

§. VII. Ac breviter: paciscentes in hoc articulo quinto passim describuntur in principio statim *uriusque religionis Electores, Principes & status Imperii*, qui gravamina hinc inde invicem exhibuerant. Et §. 2. adiiciuntur etiam *uriusque religionis libera Imperii Nobilitas, Communitates & pagi immediati*. §. 14. exprimitur ex una parte *Catholici*, ex altera *A.C. Status*, & sic deinceps. Cæterum *A.C. Status* hic latius sumuntur pro Protestantibus

tibus, ut etiam *Reformati* A. C. invariate non addicti, his tamen hac in parte annumerentur, & eodem jure censeantur, per Art. VII. J. P. Denique si universa & singula acta Pacis religiosæ, quæ cum Lehmannus, tum Autor Autonomiæ collecta ediderunt, per volvuntur, nullæ aliae partes litigantes & transfigentes deprehenduntur, nullæ lites aliæ, quam quæ ex diffidio religionis & ex reformatione ortæ inter duas partes Catholicos & Protestantes. Idemque apparet ex Actis publicis Pacificationis Westphalicae. Unde & d. §. utriusque 50. Art. V. J. P. exprefse restringitur objectum, & lites ex hujus Articuli V. Regula decidenda ad causas pacem religiosam concernentes. Ut autem hoc clarius fiat, attendendum est, ad occasionem & fontem gravaminum & litis hujus de qua hic transactum.

§. VIII. Facta superiori seculo transactione Passavensi, & Pace Religiosa perpetua, inter Imperatorem & Status Catholicos ex una & Protestantes A. C. ex altera parte, de jure reformati Protestantium & bona Ecclesiastica illo jure occupandi, ne ob diffidia Theologorum perpetua Respublica bellis civilibus porro conuteretur; non potuit tamen istud seculum transigi absque novis utrinque querelis, praesertim cum Imperator Paci Religiosæ clausulam de Reservato Ecclesiastico, invitis Statibus A. C. inferuisse: atque inter Protestantes nova facta fuisset secessio a Confessionis Augustanae formula eorum, qui Reformatos *νατ ἐξοχην* se vocabant, & tamen Pace Religiosa Pariter frui vellent, circa bona Ecclesiastica occupata. Inculpabantur & ceteri, plura fuisse post Pacem & contra eam præcepta. Hinc statim in Comitiis Augustanis an. 1559. gravamina utrinque oblata, quæ exhibent Acta a Lehmanno edita P. 2. pag. 172. & 181. eaque in Comitiis iterum August. an. 1566. repetita & aucta, *ibidem* pag. 197. & 226. Postea in Comitiis Ratisbon. an. 1576. gravamina denuo a Catholicis contra Protestantes oblata de non observata Pace Religiosa, vicissim ab his adversus illos de quibus Lehmann. ad. pag. 284. 370. *Autor Autonomiæ* fol. 90. 99. 109. Eaque in Comitiis an. 1582. 1594. 1608. 1613. & in Conventu unitorum Protestantium Norimbergensi an. 1619. repetita, sed resolutio suspensa, usque dum anno XXIX. præfentis

tis vergentisque seculi Ferdinandus II. Imp. urgente Pontifice Romano per Edictum Publicum Vienna d. 6. Martii scriptum de restituendis bonis Ecclesiasticis, ea decideret: Et quidem primo Status A. C. jus non habere in bona ecclesiastica, quæ ipsorum territoriali superioritati subiecta essent, ut ea possent reformatre, confiscare aut in alias causas pias convertere. Deinde Constitutionem de Reservato Ecclesiastico esse partem Pacis Religionis iustum, adeoque omnes obligare. Denique non competere subditis liberum religionis exercitium, invito Domino territoriali, qui jus habeat, ob id emigrationis necessitatem subditis impone-re. Exhibitetur in *Actis Lehman*, P. 3. p. 82. Quæ gravaminum Catholicorum resolutio majus gravamen peperit Statibus A. C. tum quoad Edicti formam, tum materiam, qua de re *Lib. VII. de Libert. Eccl. Germ. c. XII.* actum: denique Anno 1654. M. Dec. utraque pars iterum sua gravamina in tractatibus pacis produxerunt. *V. Lundorp, Tom. V. L. 2. c. 114. p. 1048. Theatr. Europ. an. 1646. pag. 1081.*

§. IX. Ex his iam satis manifestum est, primo inter quas partes, deinde de quibus rebus in praesenti Articulo transactum fuit: partes nempe litigantes sive duas tantum, ex capite coepta reformationis inter se belligerantes, nullumque superiorem judicem, præter Concilium aliquod Generale & legitimum, agnoscentes, status scilicet Catholicos ex una parte, & Protestantes, h. e. A. C. focios & Reformatos, ut licti confortes, ex altera parte. Porro lis ipfa fuit tempore Pacificationis Westphalicas de restituendis bonis Ecclesiasticis, non omnibus in universum, neque de iis, quæ primo occasione Reformationis a Protestantibus occupata, per Pacem Religiosam autem tempore Transactionis Palavienis adhuc possebant, iis relicta fuerant, verum de iis tantum quæ per ulteriorem reformationem post aut contra pacem religiosam Protestantes vel Reformati Catholicis eripuisse dicebantur, aut vicissim hi illis adversus pacem religiosam iterum abstulisse: idque non præcise vi bellica aut armis, sed & aliis modis per commissiones, transmissiones aut legata ab occupatoribus facta. De his, inquam, solis litigatum & belligeratum &

I (ii.) deni-

denique transactum fuit, ut quæ quisque Kalendis Januarii anni MDCXXIV. p. sedisset, retinéret, aut restituta recuperaret, data Exceptione antea proposita, quæ elideret omnes actiones & petitiones.

§. X. His pro fundamento solido positis, consequitur primo, hanc exceptionem rei transactæ non esse extendendam ad personas eas, quæ nec belligerarunt ob bona Ecclesiastica, nec transegerunt in J. P. veluti non ad Catholicos inter se, neque ad A. C. addictos inter se, nec ad Reformatos inter se, nec ad A. C. addicatos contra Reformatos, aut vicissim. Secundo sequitur, nec extensionem fieri posse ad alia bona ecclesiastica, quorum occupatio atque possessio non occasione reformationis facta, aut ex religionis dissidio, sed forte ex finibus regundis, & similiter. In reliquis enim causis omnibus inter utriusq; religionis Status exacta æqualitas ex ceteris Imperii constitutionibus obtinere debet, §. I. Art. V.

§. XI. Atque mirum dictu, quod non nemo ausus scribere: *Si placuisse Transigentibus, ut bona Ecclesiae Catholicis olim dicata, nunc autem a Protestantibus occupata, alio respectu huic, ex alia autem ratione alteri, relinquerentur, id sine omni difficultate vel unico verbo Instrumento, tanta composito cura inserere potuissent.* Quid enim? inseruisse utique ex abundanti, docet Articuli nostri quinti terminus §. 13. ait: *Terminus autem anni 1624. nullum prejudicium creare debet iis, qui ex capite Amnestie aut ALIUNDE restituendi veniunt.* Quæ verba ad propositum nostrum argumentum maxime sunt notanda, imprimis vocula ALIUNDE, ex alio quovis capite, quippe quæ excludit ex formula ac tenore hujus articuli omnes alias causas atque lites circa vindicationem bonorum ecclesiasticorum, quæ versantur inter Catholicos ipsos, aut Protestantes ipsos inter se, quia omnes istæ lites non veniunt ex illo reformationis, pacis religiose, aut Editi restitutorii capite, sed aliunde atque ex aliis quibuscunque capitibus, veluti ex pacis limitum, ex jure accessori, ex protectionis jure, advocatiæ, aperturæ, hospitalitationis, operarum, & similium, in quibus omnibus omnes ex æquo jura sua pristina retinent.

tinent, nec ad terminum istum restitutionis tenentur, ut aperte patet ex §. illi vero redditus. 46. Art. V. Neque levis error est Sprengeri, negantis medium dari inter restitutionem ex capite amnestia, & eam, quæ intuitu religionis & B. E. fieri debet, redditus sentit nobiscum Decker. de Pac. civ. cap. IX. pag. 62. conf. Dn. Rhetii J. Publ. 2:2, 67.

§. XII. Dixi §. IX. non præcise requiri, ut vi bellica bona illa ecclesiastica, quæ secundum terminum Kal. Jan. 1624. sunt restituenda, occupata fuerint, sed quacunque ratione etiam per ultimam forte voluntatem in præjudicium possessorum dicti anni 1624. Atque hoc est, (quod quidem frustra plane nostre sententiae objicitur) quod in Comitatu Lippiaco Jesuitas restituere oportuit bona Ecclesiastica possessoribus anni 1624. non attento, quod exciperent, se ea naçtos non vi bellica, sed per legatum, quia scilicet acquisitione ista ac transmissio non præcise, ut dixi, vi bellica requiritur facta, sed sufficit, quod Kal. Jan. 1624. Protestantes in reali possessione fuerint, igitur vigore articuli nostri tenebantur novi possessores dominis Comitibus restituere, non attenta exceptione tituli non violenti. Conf. ejusdem Rhetii de jure Stat. Imp. circa sacra, Cap. IV. 19. In designatione restituendorum in tribus Terminis, quæ in tractatu Pacis Westphalici sunt composita, in fine secundi Termini continetur: *Graven von der Lipp contra Jesuitas & vice versa, ratione Falckenhagen.* In alia a Moguntino directorio Monasterii die 26. April. [6. Maj.] 1649. dictata:

In Nieder-Rheinischen Kreiß.

II. Die Herren Graven von der Lippe seind anno 1624. notorie in possessione des halben Klosters Falckenhagen gewesen, welches her-nach die P. P. Jesuitæ durch Keyserl. Commission an sich gebracht, und sich der Restitution verveigern: Weiln nun J. Churf. DL zu Cölln Bedenckens tragen, die Execution desswegen auf sich zu nehm-en, wvird gebeten, die auschreibende Fürsten des Nieder-Sächs. Kreiss um solche Restitution zu exequiren, gehübrend zu ersuchen. Atque idem etiam confirming Plenipotentiariorum Cesareorum propositiones amicabiles Protestantibus an. 1646. 12. julii factæ §.

IX. ubi de Protestantibus : In Besitzung gehabt, und ihnen von selber Zeit an, unter vvas prætext und uf vvas Maas und Weise es auch geschehen s̄eyn möchte , abgenommen vworden , sollen inen on Unterscheid &c.

§. XIII. Voluntas porro Transigentium Statuum de B. E. quod noluerint hic intelligi nisi ea B. E. que tunc inter utriusque religionis partes in lite erant, etiam ex supra laudato §. utriusque 50. Art. V. conficitur, quo sanctum , ut de casibus dubiis circa hanc restitutionem B. E. de qua hic tractatum & transactum fuit, non armis , sed in Comitiis vel alias Imperii Convenientibus, inter UTRIUSQUE RELIGIONIS PROCERES , non nisi amicabili ratione transfigatur. Queso enim , si controversia circa B. E. inter Catholicos ipsos incidat, an ad utriusque religionis Proceres hujus compositio pertinebit ? Idem judicandum, si inter Protestantes invicem.

§. XIV. Eadem voluntas Statuum, speciatim Catholicorum apparet quoque ex horum responso ad scriptum Protestantium die 24. Aug. 1646. Legatis Cæsareis Osnabrugæ oblato, ubi ad Art. 2. tallem modum transfigundi proponunt, quo constat, de præsentibus tunc tantum controversiis circa B. E. fuisse tractatum, non de futuris inter ejusdem religionis confortes. Verba ipsorum sunt ista : Anlangend den Terminum a quo , obwol die A. C. Verwanten von dessen Bestimmung vom Jahr 1618. bis ad annum 1621. 1. Jan gewichen : So iß doch dadurch den Catholicen im geringsten nichts condescindirt worden, weil in so enger Zeit der status ecclesiasticus keinen Unterscheid befindet : als können noch wollen die Cathol. keines wegs darein willigen. Damit aber dieser Strittigkeit ein vor alle mal abgeholfen werden möge , so haben die Keyff. H. Abgesandten vorgeschlagen , daß die A. C. Verwanten dabin disponari werden möchten, eine eigentliche specification aller und jeder immediat- so wohl auch mediat- Erz. und Stiffter, Clößler und Geistliche Güther welche sie wollen , daß Krafft dieses Vergleichs ihnen verbleiben solten, zu verfassen, und den Cathol. zu ihrer fernern Erklärung zu extradiren. Und nachdem malen die A.C.Verwanten die Einbehaltung derer von inen eingenommenen Geistl. Stifftern

Stiftern und Klöstern durch gegenwärtige Traditionen behaupten, und also rem ipsam, so inen der Terminus a quo zugeben thut, indem specific gesagt wird, was fur Geisl. Güther inen verbleiben sollten, erhalten ibun, so können die Cathol. bey sich, erhabenen Sachen nach, nicht wohl finden, wie die A.C. Verwante Ursach haben auf einigen terminum a quo, der sey gleich an. 1618. oder 1621. so stark zu dringen, sondern sich mit deme billich begnügen lassen, daß sie die bestimmte Zeit über, die Geislische Güther in rubiger possession und genuz behalten; und konte der Cathol. Meynung nach auf diese Weise die controversia termini a quo jezo und INS KUNEF-TIGE an sich selbst aufgehoben und beygelegt werden. Sign. Münster. 17. Sept. 1646.

Churfürstl. Mainz. Cancell.

Catholicorum igitur mens fuit de præsentibus tum controversis circa B. E. inter utriusque religionis Status rem componere, non vero de futuris inter ejusdem religionis privatos etiam cives terminum restituendi figere: par ratio Protestantium inter se se.

§. XV. Idem animus eademque intentio utriusque religionis statuum etiam porro eluceat exinde, quod postquam conventum erat tum de restitutione ipsa B. E. tum de termino a quo, certæ designationes utrinque restituendorum statuum confectæ, invicem extraditæ & executioni commissæ: veluti anno 1649. II. (21.) Junii, itemque d. 22. Novembr. ann. 1650. 30. Jan. (9. Febr.) & d. 25. (15.) Martii, tandem postridie Kalend. Maii ejusdem anni Norimbergæ typis excusa designatione Restituendorum in tribus Terminis cum hac clausula restrictiora: Schließlich alle diejenige (sunt restituendi dicto termino) welche bey dem Chur-Mainz. Directorio bereits einkommen oder noch ante primum exauditorianis & evacuationis terminum einkommen werden. Unde necessario conficitur, partes privatas de B. E. litigantes coram judicio, quarum lites in istam designationem ad præfixum terminum restituendorum non fuerunt apud directorium Moguntinum relatae, nullo modo ad istum terminum restituendas esse, statuum transiuentium intentionem fuisse. Enimvero ut quod res est, di-

cam, non aliud in hoc articulo actum, quam ut unius universitatis Status aut membra, alterius universitatis statibus aut membris B. E. an. 1624. Kal. Jan. possidentibus restituerent; non inter singulos, sed utriusque religionis universitates transactum de B. E. non quæ inter singulos ex quoconque capite, sed quæ inter utramque universitatem ex dissidio de religione controvertebantur. Et quamvis restituendi ex illa designatione nec dum in Comitiis an. 1654. restituti per omnia fuerunt, ut ad Conventum deputationis Francofurensem istud negotium fuerit remissum, Rec. Imp. 1654. §. den II. punct. 191. nihilominus tamen vera manet restrictio ista, ut nulli litigantes sint ad normam anni prædicti restituendi, quam qui in designationem directorii Moguntini pervenissent.

¶ XVI. Eadem voluntas ac mens transigentium de his B. E. apparet quoque ex adiecta conditione & tempore *donec per Dei gratiam de religione ipsa convenerit*, art. V. §. I. usque dum *de religionis dissidiis per Dei gratiam conventum fuerit*, §. XIV. Qua queso ratione hæc conditio ad reliquos casus aliunde subortos, & non ex religionis dissidiis applicari poterit? Neque obest quod d. §. XIV. hæc ampliatio adiecta cernitur: *Si vero, quod Deus prohibeat, de religionis dissidiis amicabiliter conveniri non possit, nihilominus hæc conventio per perpetua sit & pax semper duratura.* Conditio enim semel adiecta utique afficit & restrinquit objectum transactionis hujus & hæc B. E. quæ ob diffidia religionis utriusque controversa & proin restituenda placuit, & excipit reliqua B. E. omnia, quæ aliunde litigiosa sunt. Idem confirmat Art. VII. ubi extensiōni Pacis religiosæ ad Reformatos, statim subjicitur hæc restrictio: *Salvis tamen semper Statuum, qui Protestanties nuncupantur, INTER SE conventis pacis & dispositionibus ALIIS, adeoque & actionibus atq; exceptionibus ex iis competentibus.*

¶ XVII. Quare satis jam apparet, neutiquam voluisse Partes Transigentes in hoc quinto articulo Terminum restitutionis constitutum extendere ultra illorum honorum Ecclesiasticorum lites, quæ aliunde, quam ex capite Pacis religiosæ & Edicto Ferdinandi

dinandi restituenda vel non restituenda veniunt, neque ad alterius ex duabus his litigantibus partis confortes. Itaque ita concludimus : Quicquid inter Catholicos & Protestantes tantum transactum & conventum est, id tantum inter Protestantes & Catholicos obtinet, nec obligat Catholicos vel Protestantes inter se. Sive : Omnis transactio est interpretanda de iis causis & casibus, deque iis litigantibus tantum, de quibus & inter quos transactum est, neque obligat, nec juvat tertios. Atqui J. P. est transactio de iis B. E. quæ per reformationem a Protestantibus occupata non aliunde. Ergo ea non est extendenda ad Protestantes vel Catholicos inter se. Adversus propositionem maiorem nihil solidi potest regeri. Quid enim? Protestantes non debent sibi invicem propter B. E. bellum inferre : igitur transactio inter Catholicos & Protestantes extendenda etiam ad Catholicos inter se litigantes, vel ad Protestantes invicem? Ista enim prohibitio, ne ad arma procedant, non ex J. P. demum, sed aliunde oritur & omnes obligat.

§. XVIII. Voluntatem Principum ac Statuum utriusque religionis litigantium & transigentium inspeximus duetu Pauli JC. Unde porro cum eodem possumus dicere : *Etenim INIQUUM incipit fieri beneficium Principis*, atque hoc loco transactio Statuum litigantium, si etiam ad restitutiones aliorum bonorum Ecclesiasticorum quæ in hanc litem non venerunt, eam extendendam dicamus : auferret enim jus quæsumum tertio & in re, de qua Transactio illa disposita, nec enim Principes ac Status de his casibus cogitasse verisimile duntaxat est, sed etiam ab ipsis expresse dictum, quod non sit extendendus ille Terminus ad ea B. E. quorum restitutio *aliunde* petitur.

§. XIX. Accedit enim & hec ratio, ac diversitas rerum ; in tali enim casu, quoties inter Catholicos aut Protestantes ipsos inter se lis oritur de restitutione bonorum Ecclesiasticorum, ipsa restitutio adhuc est controversa, an iuste vel injuste petatur, & neutri parti jus quæsumum auferri potest, sed ante omnia dijudicandum, utrum restitutio locum habeat, necne? At in articulo nostro quinto J. P. constabat, quod propter salutem publicam & Pacem

& Pace in Reip. reducendam, inter utriusque religionis tantum Status, atque membra, bona illa litigiosa essent restituenda, quorum alia Catholici vindicabant, quae post Pacem religiosam Protestantes occupasse dicebantur, alia vicissim Protestantes revindicabant. *Lundorp. T.V. p. 1066.* Neque vero de ullo occupacionis titulo quaestio hic erat, sed veluti in judicio possessionis momentaneæ formula obtinuit: *Uti possidetis, ita possideatis.* Verum de tempore & termino a quo restituenda possessionis dumtaxat quaestio fuit, eaque varie agitata.

§. XX. Protestantes urgebant, ut quæ possedissent an. 1618. quo motus Bohemici orti, recuperarent retinerentve: contra ea Catholici terminum in politicis annum 1630. volebant, in ecclesiasticis diem XII. Novembr. 1627. idque tantum ad annos XL. concedere: postea diem 18. Aprilis ejusdem anni ad annos LX. etiam quoad B. E. immediata. Post multas acresque velitationes tandem media ratio primo a Legatis Electoris Saxoniæ (qui primum & ante 23. Sept. 1646. neque directorum neque interpositionem in hoc negotio, ob Pacem Pragensem, fuscipere volebant) privatim die 13. Junii 1646. ceteris Evangelicis propositum:

IV. das tempus restitutionis k̄nte auf annum 24. gesetzt werden, so würden fast alle Stände restituirt, und dabey annehmen werden, wenn noch etliche Stände ante ann. 24. gravirt, so seint dieselbigen zu specificiren, und deren restitutio, gestalten Sachen nach, zu befördern.

Iudem in declaratione de 5. (15.) Aug. 1646. suaserunt, *das anerbieten der Cathol. uf 100. Jar zu acceptiren.*

Et quamvis Protestantes insistebant anno 1621. Kal. Jan. Ad Cæsariorum tamen instantiam tandem Catholici & Protestantes condescenderunt, ut patet ex illorum Bedencken über die von den A. C. Verw. den 14. Aug. 1646. den Keysert. H. Abges. zu Osnabrück ausgesertigte Schrift: *Der terminus a quo, wie es mit der General-Al-Amnestie so wohl in Ecclesiasticis als Politicis zu halten, gebe zwar der R. Abschied, neben dem Prager Frieden, an. 1641. publicirt Ziel und Maas: die Cath. auch auf das Jar 27. den 19. Nov. diese aber ad ann. 30. zu richten begehrts, so haben dennoch die Keys. H. Abgeandien,*

sandten, wiewohl ohn d.r Cathol. Stände expressum consensum, einig und allein amore Pacis den A.C Verw. bis ad ann. 24. consenfirs.

§. XXI. Etsi itaque tandem hic terminus a quo restitutio B. E. tunc inter Status religionis controversorum fieri debuit, constitutus fuit, ne tamen iste ad alia B. E. & quæ non ex capite religionis inter alias partes forent controversa, extenderetur, restrictio illa §. 13. hujus V. art. fuit expresa:

*Terminus autem anni 1624. nullum praējudicium creare debet
bis qui ex capite amnestie aut aliunde restituendi veniunt.*

Etenim disparitas rationis atque aequitatis naturalis non admittebat idem jus in aliis casibus hic non ventilatis, nec subintellec-tis nec huic quadrantibus. Ratio porro erat, ut, quoniam salus Reip. ob bellum civile tot annis duravit, occupationes & restitutions hinc inde disputarentur, & iustitia cause ante decisionem controversiarum Fidei decidi nequirit, tempora porro occupationum B. E. non essent eadem, sed varia, hac tandem via restitutio semel placita ad istum terminum alligaretur. At haec ratio ad alios casus aliunde controversos circa B. E. salva aequitate naturali & jurisprudentia applicari non poterat, ut invita altera parte possessio pro restituenda presupponeretur, & ad istud tempus figeretur: quum nemini invito jus quesitum auferri posset. Certe nec salus publica hic pericitatur, ut videmus ex Processibus defuser hactenus in Camera Imperiali & alibi pendenti-bus. Concludimus itaque: Quarum rerum restitutio in J. P. Art. V. non fuit decisiva vel transacta, illarum restituendarum terminus quoque a quo restitutio fieri debeat, non fuit decisus.

S. XXII. Denique ex natura hujus Transactionis de termino restituendorum B. E. itemque ex regulis recte interpretationis, opido conficitur, quod interpretatio extensiva neutiquam, sed restrictiva locum hic de jure invenire possit. Namque quod attinet transactionum naturam, constat eas esse stricti juris, & ultra expressa non esse interpretandas vel extendendas. Est enim de essentia transactionis cujusque, ut sit de re haec tenus litigiosa inter transigentes. Igitur non potest extendi ulla transactio ad eos causas, & ea bona, de quibus inter transigentes nulla lis fuit,

nulla transactio. Nam ut Ulpianus 19. de transact. ait, *Transactio quæcumque sit, de his tantum de quibus inter convenientes placuit, interposita creditur.* Atque his tantum transactio obest, & prodest, de quibus actum probatur. Nam ea, quorum actiones competere ei postea compertum est, iniquum est, perimi pacto, id de quo cogitatum non docetur. Porro interpretationem extensivam regulariter locum non habere, sed restrictivam, constans juris regula est, atque ut extensiva admittatur, docenda est rationis identitas, docente H. Grotio 2. de J. B. c. 16, 20, 21. Pufendorf. de J. N. V. 12, 17. Bolognet. de Lege Aequit. c. XXXIV.

§. XXIII. Atque haec de jure respondentum ad proposi-
tam questionem censemus, salvo aliorum judicio & utrinque
religionis Statuum iure. Quoad regulas Prudentiae & utilitatis
publicæ, utrum satius sit alterutri religionis parti admittere ex-
tensivam vel restrictivam interpretationem in hoc argumento, ob-
servanda sunt verba Judicij generalis extemporanei de scripto
Brunsvic. Cellensi contra Elect. Brandeb. in predicta causa Lö-
ckum concernente: *Was das Religions-Werck betrifft, so haben
die Evangelischen viel Ursachen, den terminum de ann. 1624. mehr
zu restringiren, als zu extendiren, bevorab ihnen solcher wider
Willen aufgetragen worden, uud zwar in favorem Catholicorum.*
Idque in casu, quoties Protestantes inter se de B. E. litigant.
Sed & eadem ratio est quoties Catholicis invicem controversia
de B. E. oritur, quam & his invitatis iste terminus constitutus di-
citur, ut antea vidimus. Atque haec sufficiant pro succincta a-
nalyti articuli & questionis proposito. Accedimus nunc ad ra-
tiones dubitandi, quæ aut allatae ex adverso sunt aut afferri pos-
sunt.

§. XXIV. In hoc ipso Articulo quinto §. Jus diccesanum,
48. disponitur de Jure Episcopali diccesano in alieno territorio,
quod suspensum esse debeat usque ad compositionem Christia-
nam dissidii religionis, idque non tantum inter Status Catholicos
& A. C. addictos, sed etiam inter ipsos solos A. C. Status. Quod
itaque transigentibus in uno placuit, idem etiam sis in altero pla-
cuile presumitur. Sed facilis est responsio, nisi haec presumto
a for-

a fortiori presumptione , vel imo ab expressa declaratione elidatur. Id quod in hoc casu fieri, ex Art.V. §.13. jam fuit ostensum. Præterea est hæc argumentatio a specie ad speciem, & invalida, præsertim si diversa ratio subest. At alia ratio est, ob quam transactio hæc non extenditur ad lites B. E. *aliunde* , quam ex Pace religiosa & Edicto Ferdinandi, ortas: alia ob quam Jus Episcopale etiam inter Status A. C. ad jus territoriale restringitur. Illa est, quod de ipsis B. E. non fuit transactum : hæc vero, ut lites de jure Episcopali & reformati etiam inter Protestantes hac regula deciderentur , cum Protestantes in locum Episcoporum Catholicorum fucosserint.

§. XXV. Alter possit videri, æquum esse, ut id, quod placuit v.g. Catholicis contra Protestantes, idem etiam Catholicis placere deberet inter ipsos. At restitutionis terminus placuit primus dies Januarii 1624. contra Protestantes: Igitur debet placere etiam inter Catholicos solos; & vicissim. Id enim in æquitate naturali fundatum ; quam & Prætor Romanus fecutus in Edicto; *Quod quisque juris in alterum statui, ut ipse eodem uatur.* Verum neque hoc stringit, quippe quod in jure talionis fundetur, & non in transactionibus locum inveniat, ut quomodo v.g. debitor cum uno creditore transegerit, eodem modo teneatur & cum altero. Aut ut qui cum uno adversario transfigit, cum altero etiam eodem modo transfigere teneatur , contrarium respondet Antoninus Imp. l. 1. C. de transact. Verum in delictis & poenis illud jus talionis locum habet, quo etiam inique sententiae prolatio aut procuratio pertinet, qua alteri damno est. Quæ vero omnia ad rem presentem nihil quicquam faciunt.

§. XXVI. Tertio opponitur vulgare Brocardicum: *Generaliter dicta, generaliter intelligenda.* Ad textum J. P. expresse hoc dicere: *quod terminus restitutionis B. E. unicus & solus debat esse annus 1624.* Ergo universaliter intelligi debere etiam de controversiis inter ejusdem religionis confortes. Responsio non difficilis est, & ex superioribus fundamentis statim apparet. Primo enim falsum est affirmatum, quod J. P. omnium B.E. restitutionem figat ad ann. 1624. sed tantum eorum , de quibus ex Pace religiosa & Edicto Cæsareo restitutorio lis & bellum civile or-

tum, non de iis B. E. quorum controversiae aliunde ortae, ut antea demonstratum. Expressa enim limitativa est assertio illa Art. V. §. quæcunque monasteria. 25. ibi : *unicum solumque HUJUS TRANSACTIONIS, RESTITUTIONIS, observantiaeque future fundamentum si die prima Jan. an. 1624.* Ergo quia ad hanc restitutionem hujus transactionis de his B. E. que non aliunde, sed occasione dissidi circa religionem ex Pace religiosa & Edicto restitutorio petantur, retinentur, ad cætera B. E. hic terminus non pertinet.

§. XXVII. Posito autem quod generaliter alicubi textus loqueretur, est tamen pro substrata materia intelligendus, & ad eam restringendus, non extra oleas extendendus, quia interpretatione extensiva, quæ verba captans, ultra substratam materiam ea extendit & ampliat, regulariter locum non habeat, ut etiam jam comprobatum. Id quod ipsum etiam Camera Imperialis sentit suis interlocutis supra laudatis, alias enim si ex isto brocardico lis decidenda veniret, per interpretationem simplicem facillime eam decidisset, sed contrarium itaque ipsi visum, & dubitavit, An B. E. cuiusvis generis & capitinis hic comprehendantur? Quam sententiam non obscure prodidit juris & moris Cameralis peritissimus Deckerus de Pac. civ. relig. dat. c. XIV, §. pag. 75. ait : *Quid se litigatum quidem de bonis Ecclesie sed non inter Catholicos & Protestantes, sed vel Catholicos inter se, vel Protestantes inter se?* (*Qui duo posteriores casus ad gravamina religionum Imperii & pondum defuper ex J. P. fundatorum jurium non sine difficultate & prorsus incongrue trahentur:*) num & hic anni 1624. 1. dies Januarii servanda? *Quod absurdum, neguaquam vel dixerit hic vel propagaverit. &c.*

§. XXVIII. Aliud assertur Brocardicum : *Via semel electa, porro terenda est.* Atqui Protestantes ipsos desiderasse, ut B. E. iis relinquerentur, qui anno 1624. possederint. Ergo in eadem persistendum esse etiam inter ipsos. Parem rationem Catholicon inter ipsos esse. At falsum est, Protestantes hoc desiderasse, ut antea jam ostensum. Terminum enim anni XVIII. elegerant Protestantes, non ap. XXIV. Sed quicquid sit, Brocardicum istud nihil aliud vult, quam quod regula juris XXI. in 6. dicit :

dicit: *Quod semel placuit, amplius displicere non potest.* Id quod porro interpretatur Papianus l.75. de R. J. ait: *Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam.* Recte hinc conficitur. Ergo Protestantes non possunt alium eligere terminum restitutioonis contra Catholicos, in ipsorum injuriam: & vicissim, Catholici non possunt ab illo semel constituto termino recedere in injuriam Protestantum. Sed perperam inde arguitur: Igitur in restitutione omnium B. E. etiam quæ aliunde quam ex dissidio religionis & Pace religiosa Edictoque restitutorio petuntur, & adversus quoque confortes ejusdem religionis seu partis, qui non transegerunt, observanda est possessio hujus anni 1624. Nulla hic est consequentia, nulla ratio. Hoc enim genus B.E. non pertinet ad hanc Transactionem, ut *Objecatum* five principale five minus principale dicas, neutrum enim est per d. §. *Terminus.* 13.

§. XXIX. Arguitur porro: Inter Pacifcentes transactum est de B.E. omnibus & singulis, quæ Ecclesia Romano-Catholica sibi restituvi volebat: de iisque talem esse legem ex conventione latam, ut omnia iis omnibus & singulis relinquantur, qui i. Jan. 1624. in possessione reali fuerunt. Atqui bona ea, quæ Status Protestantes ex alterius Protestantis territorio petunt, sunt ea, quæ Catholica Ecclesia repete voluit. Ergo iis ea relinquantur quiete, qui dicto tempore in reali possessione fuerunt. Respondeo primo, hoc argumentum non pertinere ad questionem generali nobis propositam, & tantum ad causas Protestantum inter se, non vero ad lites inter Catholicos de B.E. verfantes: de his enim verum non est, quod ea sint illa E.B. quæ C.E. repete voluerit. Unde quantum ad Catholicos, hoc argumentum sententiam nostram confirmat, quod ad illorum lites hac transactione extendi non possit. Deinde vero quod ad Protestantum causas inter se attinet: Major propositio non tantum dubia sed plane falsa est, nisi cum grano falso aspersa a ruditate generali depuretur: Ita scilicet, Hoc inter Catholicos & Protestantes, ut litigantes, transactum est de B.E. inter ipsos litigiosis ex capite reformationis & Pacis religiosa, Edictoque restitutorio, ut ea omnia relinquantur, aut restituantur partibus litigantibus, in quo-

rum potestione reali dicto die una vel altera pars litigantium tunc Statuum & belligerantium fuit. Atqui B.E. de quibus Protestantes inter se aliunde litigant, v. g. ex pactis de limitibus illa non fuit ea B.E. de quibus Catholicci & Protestantes inter se transigerunt. Ergo nec eo extendenda.

§. XXX. Refugium quoque sumitur ad Art. V. §. redditus etiam 47. ex verbis: *alienis territoriis*. Quia enim non ex Catholicis, sed generatim ex alienis territoriis dicitur, Igitur etiam Protestantium territoria hic indigitantur. Sed jejuna admodum captatio vocabuli *alienis*, pro quo in declaratione posteriori Evangel. p. Gravam 1646. m. Aug. habetur *aliis*. Quasi vero non tralatum sit, quod verba generalia saepissime pro tubstrata materia sint intelligenda, nec insdem semper verbis specialibus utamur ob varietatem vocabulorum gratiore, quam perpetua eorumdem verborum repetitio esset. Accedit, quod hic §. receptus est ex R. J. anh. 1544. § 84. *So sollen die Geistliche Stift, Klöster, und Heuser, ungeachtet welches theils religion die sein, ihrer Rent, Zins Einkommens und Güter, so in eines andern Fürstenthum oder Oberkeit gelegen unweigerlich folgen.* Quod & in Pace Religiosa & Rec. Imp. 1555. §. als auch den Ständen 21. confirmatum, nec aliter intellectum nisi de utriusque religionis Statibus. Id quod uberiorius ex Actis publicis Pacificationis, & speciatim ex declaratione Statuum Evangelicorum po. gravamin M. Mayo 1646. Osnabrugæ exhibita, Art. XXXVII. *Wann ein Stift oder Kloster sich anno 1618. in possessione vel quasi befunden, in andern territorio noval Rostzehenden zu fordern, soll es dagey verbleiben, welche Stift Clöster oder Geistliche aber an 1618 novalzehenden nicht in übung gehabt, sollen es hirsüro auch nicht begehn, viel weniger erweitern.* Reclit tunc die 8. Junii 1646. Legatus Palatinus, Varenulerus, in hanc sententiam: *da ich dann in specie erinnert bin dem XXXVII. Art. das selbiger pro materia subiecta ratione der streitkeiten zwischen den Evangelischen und Catholicischen Geistlichen selbiger wohl könne passiren, doch das es ratione der Novalien zwischen den Evangelischen Ständen selbs, nicht sollte zur consequenz gezogen, noch die novalzehenden indifferenter abgesprochen oder ümme das entus probandi*

probandi das er an. 1618. in possessione vel quasi gewest, aufgebürdet werden, dahero auch gedachter articulus in specie us die Stift oder Clöster restringirt worden.

§. XXXI. Quid manifestius ergo esse potest, quam quod hic per territoria aliena non alia intelligenda, quam Catholicorum, & quidem tunc cum Protestantibus circa haec bona atque redditus Ecclesiasticos belligerantium & tandem transfigentium: id enim sole clarus eluet ex oppositione ceterorum Statuum Imperii, quorum jura & controversiae circa decimas & similes redditus atque quam ex hoc capite dissidii religiosi dependent; ait textus: *Inter ceteros Status Imperii & subditos id juris esto, quod jus communis vel cuiusque loci consuetudo & observantia de decimis ex bonis novalibus constituant, aut per pactiones voluntarias conventurus est.* Ceterum ex praecedente §. illi vero radius. 46. v. si alicubi, fatis apparet veritas nostrae sententiae, quod illi redditus, census, decimae, pensiones, que non ex Pace religiosa dependent, sed ex iure protectionis, advocatiæ, aperturæ, hospitationis, operarum aut aliis, legitimo usu & concessione Protestantes habuerunt, retineant, nec ad diem 1. Jan. 1624. restitutioni obnoxia sint. Paratio Catholicorum inter ipsos. Unde nec quicquam sententiae nostræ officit §. quaecunque Monasteria 25. ibi: non attentis exceptionibus, irruis prorsus exceptionibus &c. conclusio enim solida & analitica non potest alia B. E. afficer, quam de quibus litigatum & transactum fuit, & dissentientes semper rō ī uexā petunt, nihilque ex vulgaribus Brocardicis probant, aberrantes perpetuo a regulis justæ interpretationis. Quamobrem iste utique a stricta verborum acceptione recedit, qui vocabula illa: *Quaecunque Monasteria. Eadem omnia & singula. Non attentis exceptionibus. Unicum solumque hujus transactionis fundamentum.* Ex alienis territoriis &c. universalia esse statuit, pricipue quod ob substratam materiam alia esse nequirit. Imo vero alia esse, atque hoc profiteri Tranfigentes Status, antea demonstratum est, adeoque utique secundum substratam materiam verba ista interpretanda veniunt, nisi Pacificentium voluntati, ob studium partis alterutrius, velimus obniti.

§. XXXII.

§. XXXII. Denique etiam ex jure Territoriali argumentum arcet in contrarium, quod tamen & ipsum non universale est, sed ad Protestantes magis pertinet, & ad eum casum, quando redditus ecclesiastici ex alieno territorio debentur aut petuntur. Argunt: Qui habet jus territorii, habet vigore J. P. & jus reformati & jus in redditus ecclesiasticos in suo territorio, vigore Pacis religiosæ & Osnabrugensis. Igitur non tenetur ille Status, in cuius territorio redditus sacri siti sunt, qui dedicati fuerunt Monasterio alibi sito, restituere illi monasterio redditus suos, si anno 1624. i. Jan. monasterium non fuit in perceptione, sed ille status vi juris territorialis eosdem acquisivit, vi Pacis religiosæ & Osnabrugensis. Respondeo: Major propositio quidem regulariter vera est, sed patitur hanc exceptionem, nisi alteri jus quæsum in illis redditibus auferat. Quæ exceptio in ipsa æquitate naturali fundatur, & primo illo principio: suum cuique tribuere & neminem ledere. Porro ejusmodi redditus, qui quidem in hujus territorio siti sunt, sed Monasterio alibi sito a fundatoribus sunt dedicati & appropriati, jure dominii pertinent ad idem illud Monasterium. Igitur dominus territorii, qui illos redditus sub prætextu territorii sui sibi vindicat, jus quæsum Monasterio auferat. Est enim hic duplex territorium, unum in quo Monasterium situm, alterum in quo redditus quidam. Qui jure territorii reformati Monasterii potestatem naetus fuit per Pacem Religiosam, is simul obtinuit dominium vel quasi omnium eo pertinentium reddituum *jure accessoriæ*. Jus enim reformati utrumque continet, & libertatem religionis & supremum dominium in redditus, salvo dominio subordinato ipsius Monasterii & Conventus. Id quod etiam expresse in R. J. an. 1544. & Pace regiō-

§. 29. sa fanticum esse, modo demonstratum est. Itaque erroneum est, putare quemlibet dominum territorii posse redditus ecclesiasticos extra territorium suum debitos sibi vindicare & dominium vero domino, Monasterio & Conventui auferre; est enim hoc contra jus naturæ, gentium & civile, contraque R. J. & Pacem Religiosam & J. P.

§. XXXIII.

§. XXXIII. Hanc nostram sententiam dudum etiam docuerunt J.Ci Colonienses in Responso in causa inter Ducem Holstiae & Ducem Sasiens Lauenburgensem an. 1655, dato, quod exhibetur Tom. IV. Consilior. Klockianorum Conf. 72. n. 63. *quod dispositiones in tractatibus pacis ratione honorum ecclesiasticorum occupatorum factae, tantum locum habeant, si quasvis inter Catholicos & A.C. oriatur: tunc enim ille pro norma & regula observande sunt; quas vero Catholicoli soli inter se, vel etiam A.C. inter se ratione predicatorum honorum privatas habent controversias, eae dispositioni Juris communis relinguuntur.*

§. XXXIV. Alia adhuc difficultas in casu speciali enata fuit, cum du vel plures confortes Kal. Jan. dicti anni 1624. possederint redditus Ecclesiasticos, quorum unus vel plures sunt A.C. addicti, ceteri Catholici, si Tertius & ipse Catholicus prætendit istos redditus, aut alia B.E. vindicat, quæcumque ea sint, quæ in hanc Transactionem cadunt, & quæ vigore ejus Catholici a Protestantibus repetere nequeunt, obstante Exceptione religiosæ transactionis: an etiam hæc Exceptio juvet ceteros confortes Catholicos, quod una cum Protestantibus confortibus B.E. pro indiviso possederint? Atque potest hanc in rem adduci exemplum & res judicata, quam *Supra §. XII. tetigimus in causa Comitum de Lippa, qui forte cum Iesuitis Monasterium Falckenhagen pro dimidio possederant & restituì fuerunt, non attenta ista exceptione. Sed & extat textus J.P. art. V. § omnia quoque Monast. 26. ibi: Quodsi A.C. addicti in ejusmodi bonis Ecclesiasticis mediatis d. 30 anno dieque a Catholicis realiter, plene vel EX PARTE possessis, jura presentandi, visitandi, inspectionis, confirmandi, corrigendi, protectionis, aperturae, hospitationis, servitorum, operarum, habuerunt; Item Parochos, Prepositos ibi aluerunt, jura ista illa sartia teclaque maneant. Scilicet si ex parte & non plene possedit A.C. addictus, etiam restituitur ille aut exceptione tatus est in possessione retinenda ex parte sua, reliqua pars a Catholicis possessa, per hanc exceptionem transactionis retineri non poterit, secundum clarum tenorem istius articuli. Sed etsi verba textus EX PARTE, generalia sint, ulterius tamen dubitari poterit: an etiam in eum casum fint trahenda: quoties pro indiviso cum alterius religionis con-*

L (ii.)

forte

forte B. E. possessa sunt? quod dubium porro ex harum rerum natura atque de jure communii decidendum arbitramur.

§. XXXV. Dicuntur autem res *pro indiviso* possideri, quamdiu communes manent, nec divisae sunt inter consortes, eti possideantur per partes intellectu tantum perceptibles, veluti pro dimidia, tertia vel quarta parte singuli. *Pro divisō* autem tunc communia dicuntur JCTo in l. 5. §. fin. de reb. eor. postquam jam per divisionem partes discretæ sunt, & sensu corporis perceptibles, veluti perfundi regiones, vel pariete medio ædificato, vel alias spatis distinctis demonstratione corporali, l. 25. §. 1. de V. S. L. 6. §. 1. ~~et~~ comm. pred. ib. Gothofr. Porro rationem decidendi atque regulam suppeditant JCTi dd. ll. Quod quando *communia* dicuntur sive *ex parte possessa*, quod tunc intelligantur communia *pro indiviso*, & quod nondum facta divisio realis seu corporalis non officiat, quin pars vindicari possit, ac vicissim. Quare quod Lex nostra de B.E. ex parte possessis dispositus, intelligenda est utique etiam de iis, que *pro indiviso* possidentur. Atque quam supra §. XIX. Interdicti *Uti possidetis* mentio & quedam applicatio facta fuerit, non male quoque huc faciet, quod Ulpianus L. I. §. 7. *uti poss.* ait: *Hoc inter dictum locum habet, sive quis totum fundum possidere se dicat, sive pro certa parte, sive pro indiviso.*

Interpretatio Latina

Textuum Germanicorum hic allegatorum.

§. III. Sollte aber.

SI vero casus aliquis vel plures tam dubii & disputabiles inciderint, ut primo intuitu ex litera dictæ pacis religiosæ non videantur decidi posse, confidit S. Majestas, quod Jüdex & Athesfores Cameræ, ut Jurisconsulti, impartiales, boni viri, & qui ex utriusque religionis sociis constituti sunt, nihilominus sensum, qui juri communi scripto, & omni naturali honestati, æquitati & humanæ rationi conformis sit, exinde haurire, & in concipiendis decretis suis & sententiis juxta illum prout decet se gerere sciverint. §. XII.

§. XII. In Nieder-R.

In circulo Rhenano inferiori.

Domini Comites de Lippa fuerunt an. 1624. notorie in possessione dimidii Monasterii Falckenhagen, quod postea P.P. Jesuitæ per Commissionem Cæsaream obtinuerunt, & restitutionem denegarunt: Quoniam porro Dom. Elector Coloniensis executionem desuper suscipere detrectat, petitur, ut requirantur Principes directores Circuli Sax. Inferioris, ad exequendam hanc restitutionem.

Et mox:

In possessione habuerunt, & eis ab isto tempore, ablatum, sub quocunque prætextu & quocunque modo, etiam id factum fuerit, debent sine discrimine &c.

§. XIV.

Quod concernit Terminum a quo: et si Aug. Confessioni addicti a determinatione ejus ab anno 1618. usque ad an. 1612 Kal. Jan. recesserunt: Catholicis tamen per id ne minimo quidem condescensum est, quoniam in tam angusto tempore status Ecclesiasticorum nullam differentiam deprehendit: quare nec possunt nec volunt Catholici illo modo in id consentire. Ut vero huic controversiæ semel finis queratur, proposuerunt Cæsarei domini Ablegati, ut A.C. addicti eo disponantur, certam specificationem omnium & singulorum immediatorum & mediatorum Archiepiscopatum & Episcopatum, Monasteriorum & Bonorum Ecclesiasticorum, quæ ut vigore hujus transactionis ipsis relinquuntur volunt, confidere & Catholicis ad horum ulteriore declarationem extradere. Quandoquidem A.C. addicti retentio nem Bonorum Ecclesiasticorum ab ipsis occupatorum per præsentem transactionem obtainent, adeoque rem ipsam, quam eis Terminus a quo daret, dum specificè dicitur, quæ bona ecclesiastica eis relinquenda sunt, impetrant. Ideo Catholici non bene possunt secum comprehendere, quid causæ habeant A.C. addicti, ut vehementer urgeant terminum aliquem, sive is sit annus 1618. sive 1621. sed posse esse hos contentos, quod per tempus denominatum in quieta possessione & perceptione ea retinuerunt:

nuerunt: Et posset secundum Catholicorum tententiam, hac ratione controversia hæc Termini a quo de præsenti & futuro sponeri & finiri. Sig. Monasterii 17. Sept. 1646.

Cancellaria Electoral. Moguntina.

§. XV. Schließlich.

Denique omnes & singuli sunt restituendi, qui penes directoriū Electorale Moguntinum aut jam se præsentarunt, aut adhuc ante primum exaucitorationis & evacuationis terminum se præsentabunt.

§. XX. das tempus.

IV. Tempus restitutionis poterit ad annum XXIV. figi, sic fere omnes Status restituerentur, & annexi, siquid adhuc Status ante annum XXIV. gravati fuerint, eos esse specificandos, & horum restitutionem pro re nata promovandam.

Iudem in declaratione de 5. (15) Aug. 1646. suaserunt, offertum Catholicorum ad centum annos acceptandum.

Et mox: Bedencken &c.

Reflexio super scriptum ab A. C. Sociis die 24. Aug. 1646.
Cæsarianis Ablegatis Osnabrugæ exhibitum:

Quod ad Terminus a quo, & quis modus circa generalem amnestiam tam in Ecclesiasticis, quam Politicis observandus sit, definire quidem aliquid Recessum Imperij an. 1641. juxta Pacem Pragensem; Catholicos autem desiderare ad anni XXVII. diem XIX. Novembri: Hos vero ad ann. XXX. regulari, Nihilominus Cæsarianos Legatos, quanquam absque Catholicorum expresso consenuit, unice amore Pacis ad annum XXIV. consentire.

§. XXII. Was das Relig.

Quod causam religionis concernit, habent Evangelici multas causas, terminum anni 1624. magis restringendi, quam extendendi, præsertim quum iste ipsis iuritis obtrusus fuerit, & quidem in favorem Catholicorum.

§. XXX. So sollen.

Debet Fundationibus Ecclesiasticis, Monasteriis & dominibus,

non attento cuius partis religionis eae sint, sui redditus, census, obventiones & bona, quae in alterius alicujus Principatu aut territorio sita sunt, sine mora praestari.

§. XXX. Wann ein Stift.

Quando Ecclesia vel Monasterium an. 1618. in possessione vel quasi fuit, & in alieno territorio decimas novales habuit, debet ita permanere; Quæ vero Ecclesia vel Monasteria vel Clerici an. 1618. decimas novales non exercuerunt, nec in posterum praetendant, multo minus augent.

§. XXX. da ich dann.

Ubi equidem in specie monui ad Art. XXXVII. quod iste pro materia subjecta ratione controversiarum inter Evangelicos & Catholicos Clericos sit adprobandus, ita tamen, ut ratione novalium inter Evangelicos Status ipsos inter se, non debeat in consequentiam trahi, neque decimæ novales indifferenter abjudicari, aut onus probandi, quod ipse an. 1618. in possessione vel quasi fuerit, injungi. Unde etiam dictus Articulus in specie ad illas Fundationes & Monasteria restrictus fuit.



L 3 INDEX

INDEX RERUM

IN HISCE MEDITATIONIBUS CONTENTARUM

Numerus notat paginam, litteræ vero additæ denotant singulas notas textui Instrumenti pacis subjectas, col.

denotat columnam.

A.

ACADEMIAE Protestantium, cur
præ Catholicorum academias
florent p. 50. col. 2.

ADHERENTES cur Suecorum Socio-
cii in Instrum. Pacis fuerint
adpellati. 12.(d)

AEDES sacras subditis ad exerci-
tium religionis peragendum
destinare cui in Republ. com-
petat. 80. (f) *plura vid. sub vo-
ce templo.*

AMICITIA in Artic. I. Instrum.
Pac. converta in quo consistat,
& num eadem semper seruata
fuerit. II.(d)

AMNESTIA quid? 12. litt. (a) in ar-
tic. II. Instr. Pac. promissa num
fuerit servata ib. comprehen-
dit illa etiam facta hostilia an-
te motus Bohemicos 13. col. 2.
Sed quid de factis alterutrius
contra alterum extra dictiones
belligerantium dicendum? 14.
(d) num hæc amnestia exten-
denda sit ad facta quæ latro-
num prædonumque nomine
veniunt ib. num ultra facta
ultra citroque hostiliter per-

petrata porrigi possit 14. litt.
(h) amnestia pertinet ad cu-
jusvis pacis firmitudinem ib.
(b) amnestia objectum quid
13. litt. (c) generalis & perpe-
tua comprehendit pacta con-
traria 17. litt. (n) quasnam in-
jurias aboleat 19. (l) illimata
quid denotet. 21. (b) amnestia
duo summa sunt capita 30. litt.
(p) num amnestia compre-
hendat feloniam 16. (e) num
facta etiam ante bellum perpe-
trata 12. (l) amnestia univer-
salis extensio ad civitates tem-
pore belli ab alterutra parte
belligerantium infessas quare
speciatim facta fuerit 1677. si.
Restitutio ex capite amnestie
vid. sub voc. restitutio.

ANNATA. irrationalitas iuris
Annatarum ostenditur p. 245.
litt. (a)

ARCHIEPISCOPATUS vid. EPISCO-
PATUS.

ARCHIVA Dispositio de Archivis,
ceterisque documentis, a bel-
ligerantibus ablatis restitu-
dis 1675 §. 15.

ARGEN-

Index Rerum.

ARGENTORATUM. Num in Capitulo Argentoratensi, redintegratio canonicorum ex utraque religione locum habeat 263. (o) in Episcopatu Argentoratensi locum pretendit princeps Brunsvicensis 268. lat. I.

ARTIFICES de Tribubus artifici attemperandis earumque abusibus tollendis vid. *Mantiss. III.* num. 3, ad specim. VIII. p. 1510. sequu.

ASSESSORES iudicij aulici & Camerae Imperialis vid. sub voce *Judicium*, it. *Camera*.

AUCTORIA Institutum &c. vid. expositum in præfat. p. 3. sequ. ad p. 86. litt. (e)

AUGUSTÆ VINCULICORUM restitu-
tio in ecclesiasticis 212. (a)
morbi quidam intestini indi-
cantur 215. seq. contra restitu-
tionem status ecclesiastici Au-
gustæ Vindel. protestatio epi-
scopi Augustani 220. (e)

AUGUSTANÆ Confessionis con-
sortium nomine in artic. IV. §.
19. proprie veniunt Lutherani
74. (s) alias reformati hac
significatione includuntur ib.
p. 75. in possessione templo-
rum a quo tempore servandi
p. 77. (t) adde 79. (d) an bona
ecclesiastica etiam hic in com-
putum veniant 77. (v) illorum
prætensiones in Bohemia &c.

servantur 124. seq. Religio Sta-
tuum Protestantium Augusta-
næ confessionis num recte di-
catur religio *evangelica* 1597.
lit. (k) plura vid. sub voc. *Prote-
stantes, Lutherani, Reformati*.

AULICUM iudicium vid. *Judicium*.

AUSTRIACI quinque regnum
heredes se scribunt 122. (h) Au-
striaca domus quare in Tabu-
lis pacis Westphal. regi Gal-
liae & electoribus fuerit pre-
posita II. (e) Bavarus elector

remittit debitum pecunia ab
Austriacis sibi præstandum 41.

(e) Austriaca domus an a iu-
risdictione Camerali sit exem-
ta 1261. (b) seq. *Austriaci sub-
ditis* evangelice religionis li-
berum exercitium admittit
121. (g) Sueci an transegerint
cum Imperatore Ferdinando
super restitutionem subditorum
Austriacorum 121. col. 2. pro-
spicitur tamen iisdem de majori
libertate religionis 648. seq.
bona antequam ad Suedorum
partes transiere erpta, ac
confiscata non restituuntur.
122. (i) Secus de bonis postea
eruptis 124. (s) seq.

B.

BADENSUM marchionum restitu-
tio 86. (c) Marchionum Ba-
den Baden & Baden Durlach
alternatio in comitiis 88. (g)

BALLI-

Index Rerum.

- BALLIVORVM restitutio vid. *restitutio honorum mediatorum*.
BANNUM IMPERII negotium de declaratione Status Imperii in bannum an competit soli Cæsari, an ad comitia pertinet, late exponitur p. 1245. seq.
BAVARICA DOMUS quid ex conventione articuli IV. §. 3. obtinuerit summatum indicatur 36. (n) confirmatur huic domui dignitas electoratus Palatini 36. (o) etiam regalia, officia, praecedentiae cet. 37. seq. an vicariatus sub regalibus etiam fuerit comprehensus 37. (t) an concessa sit exercatio ab obligatione restituendi rem Evangelicam in eum statum quo ante destitutionem aut faltem anno 1624. fuerat. 38. (a) Bavarus remittit Austriacis debitum sibi præstandum 41. (e) nullum radicatum & stabile ius ante pacificationem Vestphal. in Palatinatum Superiore habuit 39. (a) nec postea proprietatis nomine sibi palatinatum adferere potestib. adde 62. (i) dignitas electoralis extincta linea Wilhelmina redit ad Palatinos 60. (f) an comites Wartenbergi ei hoc passu sub linea Wilhelmina comprehendantur 39. seq. Sed quid si linea Palatina prior defecerit ib. (g) seq. an feminæ in Bauaria Ducatu succedant 41. (d) Hereditibus Bauariae Ducum allodialibus quale ius in Palatinatum superiore competit 62. (m) non gaudent casu existente iure retentionis 63. (n) Bauariae elector Maximilianus Emanuel proscriptur 222. seq. add. 1696. BELLUM vulgo sic dictum tricentrale quot annos durauerit 2. (b) causa ejus dederunt gravamina religionis 185. seq. ac editum Ferdinandum de anno 1629. p. 1683. litt. (r) bellum status nomine quid veniat 10. (a) Principes bellum tricentrale gerentes recententur 11. (e) bellum nomine quid veniat in artic. II. Instr. P. Westph. 19. litt. (r) ad bellum nomine Imperii decernendum requiritur statuum Imperii suffragium 881. seq.
BIBERACUM refertur ad civitates Imperii mixtae religionis 455. Biberaci restitutio in ecclesiasticis 212. (a) 220. (a) negotium de expulsione Capucinorum ex Biberaco 220. (a)
BIBLIOTHECA Heidelbergensis jactura 51. (q)
BOHEMICI motus non dederunt initia

Index Rerum.

initia dissidiorum in Imperio
Germ. p. i. occasio eorundem
quæ fuerit 23. (i) num Bohemia
in Instr. P. W. pro provin-
cia Austriae domus heredi-
taria sit agnita 124. (x) Augu-
stana confessionis in Bohemia
addictorum prætensiones con-
servantur 124. seq. Bohemiae
rex an sit membrum sive status
Imperii 292. seq.

BONA ecclesiastica in favorem
alterius religionis a principe
cessa, num Successor ad suos
usus revocare possit 326. (q)
bonorum ecclesiasticorum re-
stitutio etiam *flavibus evange-*
licis Augustanae confessionis
facienda 232. (q) *plura vid. sub*
voce restitutio.

Bona mediata vid. voc. *Mediata.*
Bona Secularisata vid. *Seculari-*
satio.

Bona Imperii oppignorata v. voc.
Oppignoratio.

BORUSSIA REGIS transactio super
Reformatorum causa & statu,
cum electore Palatino com-
memoratur 837.

BRANDENBURGICI Marchi-
ones Onoldini vid. voc. *O-*
noldini controversia Bran-
denburgici tamquam Ducis
Magdeburgici cum Duce Bre-
mensi super locum fissionis in
collegio Principum late ex-

ponitur 1582. seq. negotium de
alternatione Directorii in cir-
culo Westphaliae & inferioris
Saxonie, inter Brandenburgi-
cum ratione Ducatus Magdeb.
& Regem Suediae ratione du-
catus Bremenensis vide explica-
tum 1587. litt. (t) it. de missio-
ne utrorumque ad conventus
deputatorum Imperii, & de
ferendo in iisdem voto 1588.
seq. Brandenburgico electori
ejusdemque successoribus pro
æquivalenti recompensatione
cessa Pomerania citerioris,
qua nam ditiones fuerint da-
tae 1599. seq. in specie traditur
episcopatus Halberstadiensis
1600. seq. it. comitatus Hohen-
steiniensis 1604. (q) tenetur ta-
men Brandenburgicus Comi-
tem a Tettenbach in possestio-
ne Comitatus Reinfelden con-
servare 1606. litt. (k) ceditur
quoque Brandenburgico epi-
scopatus Mindanus 1606. (l)
seq. Brandenburgici contro-
versia cum Brunsvicensibus
super monasterium Loccu-
mense 1606. (m) add. p. 1632.
(s) conceditur quoque Bran-
denburgico episcopatus Cam-
inenis 1609. seq. it. expe-
ctantia in Archiepiscop. Mag-
deburgensem 10II. seq. Ser-
van-

M (u.)



Index Rerum.

vantur tamen subditis in his
Archi & episcopatibus iura
sibi competentia, cum primis
invariatae August Confess. ex-
ercitium 1616. seq. restituitur
etiam electori Brandenb. Po-
merania vltior, salvis tamen
iuribus regis Suediz & subdi-
torum Pomeranie, in primis li-
bero Augustane confess. ex-
ercitio 1620. seq. it. restituuntur
loca qua presidiis Suedi-
cis per Marchiam obsessa, at-
que commenda & bona ad
ordinem equestr. divi Joannis
spectantia, qua scil. extra ter-
ritoria Suedorum sita sunt 1621.
Brandenburgici Marchionis
Christiani Wilhelmi satisfa-
ctio 1635. seq. ejusdem fata ex-
ponuntur. 1636. litt. (b)

BRANDSTEINII Comitis restitutio
97. litt. (n)

BREMENSIS Archiepiscopatus
Suedis in satisfactionem con-
ceditur 1575. seq. DUCIS Bre-
menis controversia cum
Brandenburgico de loco sessi-
onis in collegio principum la-
te exponitur 1582. litt. (p) plu-
ra vid. sub voc. Brandenburgi-
cus.

BREGENSIS principis restitutio
intuitu liberi exercitii religi-
onis 633. seq.

BRUNSVICENSIVM principum
prætensio loci in episcopatu
Argentoratensi 268. col. i. con-
troversia cum Brandenburgico
super monasterium Loccum-
mende 1606. litt. (m) add. 1632.
(s) Satisfaction domui Bruns-
vicensi & Luneburgensi facta
1626. in specie alternativa suc-
cessio cum catholicis in Epis-
copatum Osnabrugensem
1626. (b) it. concessio mona-
sterii sive prælaturæ Walken-
ried cum prædio Schauen 1632
(s) it. restitutio monasterii
Groningen 1633. §. 10. it re-
missione debiti Tylliani it. cesso
annuarum pensionum capitulu
Io Razeburg debitaram 1634.
(u) it. collatio duarum pre-
bendarum in episcopatu Ar-
gentoratensi 1634. litt. (x) re-
nunciare tamen tenentur co-
adjutorii in Archiepiscop.
Magdeb. 1635.

BULLA BRABANTINA conventio de
bulle Brabantinæ abusu tol-
lendo exponitur 1317. (t)

C.

CAESAR vid. Imperator.
CALENDARII mutatio an sit adne-
xum quid exercitii religionis.
CAMERA IMPERIALIS de Cameræ
Imperialis translatione, adses-
orum presentatione, &c. di-
sposi-

Index Rerum.

specatio 762. seq. in camerali iudicio quatenus cauillæ ecclæsticæ agitari possint 770.
(e) Camera Imperii an jus dicere possit domini Austriaca 161. (b) Cameræ imperialis torpor & cunctatio in ferendis sententiis notatur 1649. (a) negotium de Taxa sportularum in Camera Imperiali usitatarum 1271. (e)

CAMINENSE CAPITULUM Suecis quidiuris in collatione prælaturarum & præbendarum capituli Caminenſis conceſſum 1569. seq. deficiente linea maſculina domus Brandenburgica totum ad Suecos eſt per venturum 1571. (s) episcopatus Caminenſis conceditur electori Brandenburgico in compensationem celſae Pomera niae citerioris &c. 1609. seq.

CANONICI. Canonicorum numerus in omnibus fundationibus restituitur ab anno 1624. 1. Jan. 258. (a) adde 260. (i) an numerus ille possit augeri 258. emortuus furrogandi ejusdem religionis 260. (g) quid si numerus dispar an. 1624 fuerit 260. (h) Supernumerarii qui in art. V. §. 23. dicantur, 261. (k) differentia circa resignationem canonicorum apud pro-

testantes & catholicos 262. (m) circa redintegrationem canoniconum quæ observanda 262. (n)

CAPITULUM vacante fede episcopali omnem potestate regendi & administrandi ecclesiam & res ejus consequitur 243. (f) non tamen omnia iura exercere potest ib. libertas eligendi capitulis concessa quomodo intelligenda 243. (d) capitula fede episcopali vacante ad comitia vocantur 253. (f)

CAPITULATIONIS Cæſareæ perpetuae, negotium & historia late exhibetur a pag. 966. ad 1003 adde XIX. mantillas ad hanc materiam pertinentes adjectas ſpecimini VII. p. 1033 seq.

CAPTIVI Dispositio de captivis utriusque belligerantium partis, sagi vel toge reſtitueadis 1661. (X)

CAROLI Lotharingiae Ducis contentio cum Jo. Georgio Brandenburg. 18. col. 1.

CAROLUS Ludovicus elector Palatinus restituitur ex pacto 65. seq. ejus mores taxantur 65. (r) ejus fratres qui, & quomodo de eorum appanagio a Cæſare praefando dispositum ib. ejus matris vitalium constituitur M 2

Index Rerum.

tuitur 70. seq. ejus fororibus
dos constituitur 71. (l) pellit
catholicam religionem tota
ditione 52. seq. pl. vid. sub vo
ce *Palatinus*.

